



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude


August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999


Liber LXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

XVI.
ta est,
millef.
quam
Cor.
equie.
decim
acien.
collo.
re.



HISTORIA ECCLESIASTICA. LIBER LXVII.



CALLISTUS II. PAPA.
HENRICUS V. IMPERAT. OCC. JOANNES
COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Callistus II. Papa.

Guido Archiepiscopus Viennensis, Sæcul. XII.
cum Gelasio Papa jam mortuo A.C. 1119.
Cluniacum pervenisset, a Cardi-
nalibus præsentibus Papa eligitur & Cal-
listus II. appellatur. Ipse vehementer
repugnabat, metuens præcipue, ne sui
electio Romæ rejiceretur, nec permove-
ri potuit, ut Trabea rubra uteretur,
priusquam attulissent nuncii, ipsius ele-
ctionem in Urbe ratam haberi. Guido
vit. per Pan-
dulf.

Hist. Eccles. Tom. XVI. D d ex

0.

Sæcul. XII. ex Guilielmo Audace, Burgundiæ Co-
A.C. 1119. mite, genitus erat, Imperatores, Reges-
 que Franciæ & Angliæ sanguinis affini-
 tate contingens. Soror ejus Guilla Hum-
 berto II. Comiti Mauriennæ Vallis nu-
 pserat, quorum filiæ Adelhaidi Ludovi-
 ci Crassi, Regis Franciæ, conjugium ob-
 tingerat. Inter Epistolas, a Callisto II.
 ad præcipuos Antistites datas, quibus
 eos certiores facit, se Romanum Pontifi-
 cem fuisse electum, illam habemus, quam

ep. I.

Alberto Archiepiscopo Moguntino scri-
 psit. In ea vero loquitur in hunc mo-
 dum: *Dominus noster felicitis memoria*
Gelasius Papa mihi injunxit, ut ad eum
festinarem, postquam ipse Cluniacum per-
venisset. Quod cum post dies aliquot im-
plere satagerem, in itinere de ejus obitu
nuncium accepi. Ego ut Fratribus, qui
cum Pontifice venerant, solatium exhibe-
rem, Cluniacum magno dolore affectus per-
rexi. Dum autem ipsorum luctum mi-
nuere cogito, gravissimum onus, & omni-
no vires meas superans, humeris meis im-
posuerunt; namque Episcopi, Cardinales,
Clerici, Laicique Romani unanimi consen-
su me invitum ad regendam Ecclesiam Ro-
manam, addito Callisti nomine, elegerunt.

Cardinales Cluniaci congregati, mis-
 sis Romam nunciis, Petrum Episcopum
 Portuensem, quem Gelasius Papa suum ibi
 Vicarium constituerat, Gelasii obitum &
 Calli-

Callisti electionem edocuerunt. Ille per-^{Sæcul. XII.}
lectis litteris illico Capitolium ascendit, ^{A.C. 1119.}
easque coram Romanis recitari jubet, qui ^{Chr. Benev.}
omnes una voce peractam electionem ^{ap. Baron.}
approbarunt, laudantes Deum, qui eis ^{1119.}
virum prudentem, & ornatum moribus,
Pontificem largitus esset. Nemo autem
Romæ studiosius aliorum animos ad con-
firmandam hanc electionem impulit,
quam Petrus Leonis; nam filius ejus, &
ipse Petrus nomine, Cardinalis Diaco-
nus, in Francia præcipuus auctor eligen-
di Guidonem Papam fuerat. Tum Epi-
scopus Portuensis de Gelasii obitu cer-
tiorum fecit Hugonem Cardinalem Le-
gatum Beneventi, & Landulphum ejus-
dem civitatis Archiepiscopum, qui sine
mora congregatis Clericis populoque pa-
lam fecit Callisti electionem; eaque ab
omnibus approbata cives novo Pontifici
fidem jurarunt. Inter hæc Callistus Pa-
pa solemniter Viennæ a Lamberto Epi-
scopo Ostiensi & pluribus aliis, Domi-
nica Quinquagesimæ, nona Februarii, an-
no millesimo centesimo decimo nono,
coronatur, ejusque electio ubique pro-
mulgatur, præsertim in Germania ac in ^{epist. Conon.}
Comitiis Triburiæ celebratis, quorum oc-^{to 3. spicil.}
casio hæc fuit. ^{p. 493.}

Henrico Imperatori adhuc in Italia
versanti nunciatur, Cononem Episcopum
Prænestinum, Gelasii Papæ Legatum, la-

D d 2 tam

Sæcul. XII. tam contra se Excommunicationis sen-
 A C. 1119. tentiam in Conciliis Coloniensi & Fritz-
 Ab. Ursper. lariensi confirmasse, ac Principes Germa-
 m. 1119. niæ paulo post Comitia Herbipoli cele-
 branda indixisse, quibus nisi interesset
 Imperator, a regno deponeretur. Hen-
 ricus, acceptis his literis, furiose indi-
 gnans, copiis in Italia cum Imperatrice
 uxore sua relictis, strenue confecto iti-
 nere, in Germaniam pervenit, cum mi-
 nime expectaretur. Ipso presente bel-
 lum restauratur; unde compulsus est
 Comitia generalia Episcoporum & Prin-
 cipum Triburiæ celebrare, promisitque,
 se Episcopis Principibusque circa omnia,
 quæ sibi objiciebantur, satisfactorum.
 In illis Comitibus pax quidem inita, sed
 non satis solidis fundamentis nixa. Ad-
 fuere Romani, Viennenses, multarumque
 aliarum Ecclesiarum Legati, qui novam
 Callisti Papæ electionem confirmarunt,
 omnes Episcopi Germaniæ Pontifici obe-
 dientiam polliciti sunt, approbaruntque
 consilium Synodum ad Festum S. Lucæ
 celebrandi, & Imperator se quoque ad
 pacandam universam Ecclesiam adfutu-
 rum edixit.

§. II.

Concilium Tolosanum. Manichæi.

Interim, priusquam advenisset tempus
 Concilii, quod Remis cogendum erat,
 Calli-

Callistus Papa aliud Tolosæ, decima ter- Sæcul. XII.
 tia Junii convocavit, cui interfuere Car- A.C.1119.
 dinales, Episcopi, & Abbates ex Gothia, to. 10. p. 856.
 seu Occitania, Vasconia, Hispania, &
 Britannia, atque inter alios Cono Epi-
 scopus Prænестinus, Lambertus Ostien-
 sis, Oldegarius Archiepiscopus Tarraco-
 nensis, Bernardus Ausciensis, Atto Are-
 latensis, Fulco Aquensis, Richardus Nar-
 bonensis, Walterus Episcopus Magalo-
 nensis & Raimundus Barbastrensis. In
 eo Concilio decem Canones conditi,
 quos inter nullus memoratu dignior
 quam tertius; est vero hujusmodi: *Por-
 ro eos, qui Religionis speciem simulantes
 Dominici Corporis & Sanguinis Sacra-
 mentum, puerorum Baptisma, Sacerdo-
 tium, ceteros Ecclesiasticos Ordines, & le-
 gitimarum damnant fœdera nuptiarum,
 tanquam hæreticos ab Ecclesia Dei pelli-
 mus & damnamus, eosque a potestate Sæ-
 culari coerceri præcipimus. Defenso-
 res quoque ipsorum, nisi resipuerint, ejus-
 dem damnationis vinculo innodamus.* Prin-
 cipes aut quicumque Laicus Bona Epi- 6. 4.
 scopi defuncti non diripiant. Si quis 6. 10.
 Monachorum, Canonicorum aut Cleri-
 corum ad Sæculum, abjecta sua profes-
 sione, redierit, aut Barbam capillosque
 more Laicorum nutrierit, Ecclesiæ Com-
 munionem privetur.

Dd 3

Porro

Sæcul. XII.

A.C. 1119.

Sup. lib.

LVIII. §.

53. l. LIX.

§. 5.

Porro Hæretici, in hoc Concilio damnati, erant Sectatores Petri de Bruis & Henrici ejus discipuli, de quibus infra sermo recurret, Manichæorum peste infecti, quemadmodum & illi, qui annis abhinc centum in ipsa civitate Tolosana, Aureliani, & Attrebatii, deprehensi fuerant, ex Italia advenæ. Recentiores isti eandem in rei summa Doctrinam, paucis mutatis, tenebant.

§. III.

Legatio ad Imperatorem adornatur.

Comm. He- **U**t viam redituræ paci sternerent, quæ
son. to. 10. in Concilio Remensi inter Ecclesiam
Conc. p. 872. & Imperium reducenda erat, Guilielmus de Campellis, Episcopus Catalaunensis & Pontius Abbas Cluniacensis Argentoratum ad Imperatorem perrexerunt; cui percontanti & consilium expetenti, quibus conditionibus pacis fœdera recipere, salva auctoritate suprema, posset? respondit Episcopus: *Domine, si pacem sinceram, & perpetuam vis, Investituræ Episcoporum & Abbatum simpliciter renunciandum tibi est. Ne vero credas, ita tibi aliquid de Regia potestate detractum iri; ego enim in Regno Franciæ ad Episcopatum electus nec ante nec post consecrationem quidquam de manu Regis accepi; nihilominus si spectentur tributa, militia, ceteraque jura, quibus Respublica frue-*
tur,

tur, & quæ Reges Christiani olim Eccle- Sæcul. XII.
sia donarunt, ego, inquam, tam integra A.C. 1119.
fide Regi meo servio, ac Episcopi tibi in
Regno tuo, obligati illa Investitura, quæ
tantam in Regno discordiam peperit, &
excommunicationis contra te pronuncia-
tæ causa extitit. Imperator manum
utramque ad sidera tendens, flat ergo,
inquit, nihil ultra peto. Iterumque Epi-
scopus: Igitur si Investituræ jus dimit-
tere, & agros Ecclesiis, illisque, qui pro
Ecclesia communi laborarunt restituere
promittis, nos, Deo propitio, ferale scbis-
ma componere satagemus. Tunc Henri-
cus, postquam cum iis, quibus adsueve-
rat, consultasset, cuncta se facturum pro-
misit, si a Papa fidem & justitiam expe-
ctare posset, si pax non fucata rediret, si
ipsi suisque Proceribus Ditiones in hoc
bello amissæ restituerentur. Episcopo
deinde interrogante, quis vadem se præ-
beret, ne inutilem conciliandæ paci ope-
ram impenderent, Imperator in mani-
bus Episcopi & Abbatis juramentum
præstitit, se, quam vere Christianus esset,
omnia, quæ communi consensu statuta
fuiſſent, inviolabili fide servaturum. Eo-
dem Sacramento Episcopus Lufunensis,
Comes Palatinus, ceterique, qui Impera-
torem comitabantur, tam Clerici quam
Laici, se se obstrinxerunt.

Sæcul. XII.

A.C. 1119

Gall. ep. 10.

His promissis muniti, Episcopus & Abbas, ad Papam remeant, eumque Parisiis habent, ubi sexta die Octobris verfabatur; id enim cognoscimus ex Bulla, Geofrido Abbati Vindocinensi concessa, qua Privilegia ejusdem monasterii confirmat. Ceterum Papa, quæ Episcopus & Abbas egerant, approbans, *utinam!* inquit, *utinam!* *peracta jam res esset, & sine omni fraude.* Tum Episcopis & Cardinalibus ad consilium adhibitis, eosdem ac prius Legatos ad Imperatorem remisit, ipsosque Episcopum Ostiensem & Gregorium Cardinalem sequi iussit, qui in mandatis habebant; illa pacis futuræ capita accurate pensarent, diligenter conscriberent, tumque pars utraque manuum apponeret, & si ea Imperator exsequi vellet, ipsi diem ante Concilii Remensis finem præstituerent. Illi Imperatori occurrerunt, in quodam loco, inter Viridunum & Metas posito, retuleruntque Pontificem memoratis conditionibus ipsum ad gremium Ecclesiæ lubentissimo animo esse recepturum; lætissimus hoc nuncio Imperator iterum in manibus quatuor Legatorum illa juramento confirmat, quæ Argentorati promiserat, nempe se, Feria sexta, die vigesima quarta Octobris, pacta conscripta, præsentem Papam Mosonii executioni daturum esse. Pollicebatur se Jus Investituræ abdicaturum, pacem

con-

constantem daturum, & Bona sua omni-
 bus illis, qui hujus rei causa arma mo-
 vissent, redditurum esse. Papa contra
 promittebat pacem Ecclesiasticam & Bo-
 norum omnium restitutionem Imperato-
 ri ac omnibus illis, qui Ecclesiæ bellum
 intulissent. Legati hos Articulos defe-
 rentes celeriter ad Papam redeunt, qui
 tum Remis versabatur, Concilium cele-
 braturus.

In eo Concilio, ut Papæ mandatis ob-
 sequerentur, Episcopi ex omnibus Occi-
 dentis provinciis, ex Italia, Germania,
 Gallia, Hispania, Britannia, Anglia, aliis-
 que Oceani Insulis, adfuere. Albertus
 quoque Archiepiscopus Moguntinus, cum
 Episcopis septem, & quingentorum equi-
 tum præsidio, advenit; cujus Præsulis
 præsentia lætus Papa eidem Hugonem
 Comitem Trecentem cum aliis copiis
 occurrere iussit. (*) Rex Angliæ Episco-
 pis Regni sui licentiam quidem dedit ad
 Concilium Remense commeandi, sed
 districte præcepit, ne ibi alter, contra
 alterum ullam querelam moveret. *Ego
 enim, aiebat, in Regno meo unicuique jus
 suum tribuam. Singulis annis Ecclesiæ*
 D d 5 *census*

(*) Ex his conjicimus, Archiepiscopos Mo-
 gutinos jam illa ætate præter Dignitatem Ar-
 chiepiscopalem etiam Principatum terrenum fuis-
 se consecutos.

Sæcul. XII.
 A.C. 1119.

Orderic. vit.
 lib. 12. p. 857.
 to. 10. Conc.
 p. 865.

Sæcul. XII. *census a Majoribus meis concessos sol-*
A.C.1119. *vo; hinc mea quoque privilegia salva esse*
volo. Ite, Papam meo nomine salutate,
mandata ipsius ea qua par est reverentia

excipite; sed nolo, res novas & superfluas
Edmer. 5. in regnum meum invehatis. His conditio-
novor. p. 94. nibus Rex Episcopos & Abbates Norman-
niæ, illosque ex Anglia, qui tunc cum
ipso in Normannia morabantur, ad Con-
cilium dimisit.

§. IV.

Turstainus Archiepiscopus Eboracensis
consecratur.

Turstainus, electus Archiepiscopus Ebo-
 racensis, a Rege Concilium adeundi
 licentiam petiit, quam non ante obtinuit,
 quam per fidem Regi, Domino suo, de-
 bitam promississet, se a Papa nihil, quo
 privilegia Ecclesiæ Cantuariensis læderentur,
 postulaturum esse, & non passurum,
 ut ab ipso Papa quacunque de causa con-
 secraretur. Ex quo scilicet Paschalis II.
 Sententiam interlocutoriam, Turstaino
 faventem, pronunciaverat, intervenien-
 te ejusdem Pontificis morte, causa quie-
 verat. Ubi vero vulgatum, Gelasium II.
 in Burgundiam advenisse, Præsules omnes
 itineri necessaria parabant, Concilio Re-
 mis in medio Quadragesimæ anno se-
 quente millesimo centesimo decimo no-
 no, ipso Papa Præsidente, celebrando inter-
 futuri.

Sup. lib.
LXVI. f.
37.

futuri. Inter alios Rudolphus Archiepi-
scopus Cantuariensis Rotomago excede-
rat, ubi post reditum a profectioe Ro-
mana substiterat; sed cum haud multum
itineris emenso nunciatum fuisset, pro-
cul abiisse Gelasium Papam, & fines Hi-
spaniæ petere, missis legatis explorari
jussit, quo Papa iturus esset, & quid in
causa sua ab eo sperare liceret. Qua re
comperta Turstainus ex Anglia solvit, &
Rotomagum venit, Papam aditurus; sed
quia sine Regis consensu iter susceperat,
Rotomagi manere jussus est. Haud diu
post a Rudolpho ad Papam legati re-
deunt, afferentes nuncium; ipsum, mul-
tas res novas & usque ad illam ætatem
inauditas cogitantem, Cluniaci fatis fu-
isse occupatum.

Ubi deinde fama in Angliam pertu-
lit, Callistum electum fuisse Pontificem
Romanum, non omnibus una sententia
stetit, sicut nec antea sedente Gelasio,
his Gregorium VIII. id est Burdinum,
quem Romæ dominari uno jam prope
anno sciebant, Papam venerantibus, aliis
Callistum S. Petri Successorem agnoscen-
tibus, aliis nec istum nec alterum reci-
pientibus. Franci vero, Rex Angliæ, &
Archiepiscopus Cantuariensis Callisto
Papæ favebant, quod Eadmerus mona-
chus, eo tempore in Anglia degens, te-
statum facit. Interim Rudolphus Ar-
chiepi-

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

Sæcul. XII. A.C. 1119. Archiepiscopus Rotomagi cum Rege Domino suo erat, nec ad Concilium Remense perrexit, tum quod non valeret, tum etiam, quod Rex promississet, se ipsi, cum in Angliam rediret, jus suum integrum servaturum, & compulsurum Turstainum, ut se Ecclesiæ Cantuariensi, quod Rudolphus exoptabat, subjiceret. Ideoque Rex, cum Turstainum ad Concilium dimitteret, juramentum, quod memoravi, ab eo exegerat. Præterea Rex ad Papam misit Sifredum Monachum, Rudolphi Archiepiscopi fratrem, Papæ jam ante notissimum, qui suo nomine diceret; ne vel ipse Papa sub quocunque prætextu Turstainum ordinaret, vel ab alio quam ab Archiepiscopo Cantuariensi ordinari juberet. Quod si fieret, se illum in nulla provincia, in qua ipse imperaret, amplius recepturum esse. Si vero Papa ex auctoritate Apostolatus sui contrarium faceret, affirmabat Rex, nunquam futurum, ut a proposito dimoveretur, etiamsi de Regno periclitaretur. Respondit Papa: *Ne putet Rex, me in negotio, de quo agitur, ex quavis ratione secus facturum, ac ipse velit. Nec unquam mihi mens fuit, Dignitati Sedis Cantuariensis, cui tot Antistites, fama maximi, præfuerunt, nocere.*

Sed frustra fuerunt Regis Angliæ industria & minæ, nam postquam Turstainus

nus in Curia Papæ versari cœpit, auro, Sæcul. XII.
A.C. 1119.
 cui non parcebat, Romanorum benevo-
 lentiam ita captavit, ut eum manibus
 Papæ consecrari obtinuerint. Istud
 actum est, die Dominica, decima nona
 Octobris, anno millesimo centesimo de-
 cimo nono, pridie quam Concilium in-
 choaretur, in Ecclesia S. Remigii, & prius-
 quam Episcopi Angliæ advenissent. Si-
 fredus monachus, a Rege Angliæ missus,
 cum prima luce quosdam Clericos con-
 fabulantes audiisset, instare hac die So-
 lemnia, & Turstainum a Pontifice ordi-
 nandum esse, vehementer obstupescens,
 quod dicerent, fidem omnem superare,
 aiebat. Postquam autem, vera referri,
 dubitare amplius non licuit, Joannes Ar-
 chidiaconus Cantuariensis, qui ad id ipsum
 venerat, in conspectum Pontificis proce-
 dens, plurimis Episcopis aliisque specta-
 tissimis viris præsentibus, affirmavit, Ar-
 chiepiscopum Eboracensem a nemine ni-
 si ab Archiepiscopo Cantuariensi ordina-
 ri debere, & quamvis Callistus Papali
 potestate vigeret, non ei tamen Jus esse,
 quo Ecclesiam Cantuariensem sua præ-
 rogativa privare posset. Respondit Pa-
 pa: *Nullam injuriam Ecclesiæ Cantua-
 riensi inferemus, sed salva justitia & illius
 Ecclesiæ Dignitate, quod animo constitui-
 mus, exsequemur.* Mirum dictu! quan-
 tum audientes ad hæc Pontificis verba
 &

Sæcul. XII. & multo magis, sequente facto, in admi-
A.C. 1119. rationem rapti sint. Multi, id consen-
 tiente Rege Angliæ fieri crediderunt.
 Porro iubente Papa complures Episcopi
 Galliæ huic Ordinationi interfuerunt;
 at Hubaldus Archiepiscopus Lugdunen-
 sis, etiamsi Papa præceperit, adesse no-
 luit, horrens tantam contumeliam Eccle-
 siæ Cantuariensi, cui singulari amicitia
 & fraterna familiaritate jungebatur, ir-
 rogari. Hac re vero ad Regem Angliæ
 delata, missis nunciis denunciavit, ne
 Turstainus, aut quicumque de ejus fami-
 liaribus in Normanniam vel Angliam aut
 ullum locum, qui in ipsius esset potesta-
 te, pedem inferre auderent. Tuncque
 patuit, Turstaini Ordinationem neuti-
 quam ex Regis consensu fuisse pera-
 ctam.

§. V.

Concilium Remense.

In Concilio Remensi sederunt Archiepi-
 scopi quindecim, Episcopi plus quam
 ducenti, præter plurimos Abbates, alios-
 que Clericos aliqua Dignitate insignes.
 Inter Archiepiscopos notantur Rudol-
 phus Viridis Archiepiscopus Remensis,
 Leothericus Bituricensis, Hubaldus Lug-
 dunensis, Geofridus Rotomagensis, Tur-
 stainus Eboracensis, Daimbertus Senonen-
 sis, Guilebertus Turonensis, & Balderi-
 cus

Orderic. p.
 856.
to. 10. Conc.
 p. 865.

cus Dolensis. Guilebertus successerat Rudolpho patruo suo, frustra repugnante Waltero, S. Martini Turonensis thesauro Praefecto, cujus viri electio toti prope modum Diocesi probabatur. Hoc Schisma in illa Regione bellum excitavit, sed vicerunt Guileberti fautores. Baldericus Aureliani natus, initio monachus, & deinde Abbas Burgeliensis, tandem Archiepiscopus Dolensis in Festo Nativitatis Domini, anno millesimo centesimo decimo quarto, ordinatus est, a Gerardo Episcopo Inculismensi, Legato Paschalis Paepæ secundi, qui ei postea Pallium misit. Is, monasticum vivendi morem in Episcopatu servans, plerumque apud monachos diversabatur. Quippe cum Britonum, indomitæ Gentis, ferociam & improbitatem impatientissime ferret, sæpe confugiebat ad prædia in Normannia ad Risleham amnem sita, quæ tempore S. Samsonis Ecclesiæ Dolensi dono data fuerant, ibique scribendis libris aut erudiendis discipulis, vir sua ætate doctissimus, ut ejus Opera hodieque testantur, tempus suum dabat. Ibidem etiam fatis functus & in Abbatia Pratellensi sepultus est.

Inter Episcopos in Concilio Remensi præsentibus Doctrina & Eloquentia præstabant Gerardus Inculismensis, Hato Vivariensis, Geofridus Carnotensis & Guilielmus Catalaunensis. Initium Concilio

Sæcul. XII,
A. C. 1119.

Hist. Ambas.
ap. Sirm. ad
Gofr. Vind.
5. ep. 3.

Orderic. l. 9.
in fine
Martenne
Collect. p. 73.

Gall. Chron.

Sæcul. XII. A.C. 1119. Conc. p. 872. lio datum est in Ecclesia Metropolitana S. Mariæ Virginis, ante Crucifixi Imaginem, die Lunæ, vigesima Octobris. Missa celebrata, Pontifex in Solio, Ecclesiæ portæ aduerso, acquieuit, proximo ante ipsum ordine erant Episcopi tres Cardinales, Cono Prænестinus, Boso Portuensis, Lambertus Ostiensis, tum Joannes Cremenſis & Hato Vivariensis. Hi quinque potissimum Quæstiones examinabant & decidebant. Chryſogonus Diaconus Cardinalis, & Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius, Pontificis lateri adstabat, Dalmatica ornatus, manu tenens Librum Canonum, quos ubi opus esset, legeret. Sex alii Ministri Tunicis vel Dalmaticis circumstantes, exorto strepitu, silentium imperabant. Litaniis & precibus solemnibus dictis, Papa lingua Latina, sed stilo simplici Evangelium explicavit, in quo legimus, Jesum compulſisse Discipulos suos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum. Vespere autem facto surrexisse contrarium ventum, & Naviculam, Ecclesiæ figuram, jactatam fuisse fluctibus, quibus mundi hujus tentationes & pericula significantur, & præſente Salvatore subito cessant. Cono deinde Cardinalis, de sede sua surgens, de Boni Pastoris officio eloquentissime peroravit, ejusque figuram dicebat in veteri Testamento fuisse Jacob, qui

Matth. 14.
22.

Gen. 31. 38.

qui oves *Laban* singulari diligentia pascebat.

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

Prima die quoque exposuit Papa, in eum præcipue finem convocatum fuisse Concilium, ut Simonia extirparetur, quod perfici non posset, nisi Investituræ abolerentur. *Quare, inquiebat, animos advertite, ex ore Fratrum nostrorum, qui nomine nostro, ejusque, quem Regem Germania dicunt, de pace tractarunt, omnia in hoc negotio acta audietis. Perpendite, quid mihi faciendum sit, cum res ad communem omnium nostrum causam pertineat.* Tunc Papa Episcopo Ostiensi injunxit, ut universo Concilio latine ordinem causæ explanaret; Episcopo autem Catalaunensi præcepit, ut eandem causam Francorum lingua, quam etiam Laici intelligerent, aperiret. Tandem, illa die & sequenti, multis capitulis propositis, sententiam usque ad finem Concilii distulit.

Ceterum Ludovicus Rex cum Principibus Francorum Synodum ingressus, superato suggestu, in quo sedes Pontificis erat, querelam expromsit in hunc modum: *Ad hanc Sanctam Concionem venio, consilium a sapientissimis viris accepturus. Rex Anglorum Normanniam, Regni mei provinciam, vi invasit, Robertum Ducem, fratrem suum, Vasallum meum, sæpius pessime habuit, & tandem captum buc*

Hist. Eccles. Tom. XVI.

E e us-

Sæcul. XII. *usque in carcere detinet. Missis ad eum*
 A.C. 1119. *Episcopis & Comitibus multoties postula-*

Querela Re- *vi, ut eum libertati & mibi redderet, sed*
 gis Franco- *nihil obtinui. Ecce, adstat Guilielmus,*
 rum. *captivi parentis filius, paterna hereditate*
spoliatus. Cumque Rex ista & similia
dixisset, Francis præsentibus, & vera esse
quæ proferret, affirmantibus, Geofridus
Archiepiscopus Rotomagensis cum Epi-
scopis & Abbatibus suæ provinciæ sur-
gens, pro Regis Anglorum defensione
dicere cœpit; verum, exorto ab ejus
opinionem dissidentium maximo tumultu,
conticuit.

Interea Hildegardis, Comitissa Picta-
 vorum, cum suarum pedisequarum ca-
 terva, in medium Concilii progressa, al-
 ta voce querelam suam exposuit, omni-
 bus, qui spectabant, aures avide præben-
 tibus. Dicebat vero, derelictam se esse
 a Comite Guilielmo, conjuge suo, qui in-
 torum adulteram admisisset, Malbergio-
 nem Vicecomitis de Castello uxorem.
 Tum Papa interrogante an Comes Pi-
 ctaviensis, ut a se jussus fuerat, ad Con-
 cilium venisset, Guilielmus Episcopus Xan-
 tonensis & plures alii ex Aquitania Epi-
 scopi surgentes Ducem suum excusarunt;
 ipsum enim suscepto itinere, ut ad Con-
 cilium veniret, in via ægritudine fuisse
 impeditum. Non repudiavit excusatio-
 nem Papa, & inducias dedit, quibus ela-
 psis

psis Guilielmus Curiam Papalem adire, Sæcul. XII.
ac legitimam uxorem recipere, sub pœ- A.C. 1119.
na anathematis, teneretur.

Guilielmus Dux Aquitanix, de quo
hic agitur, ille ipse est, qui ante annos
octodecim, nempe anno millesimo cen-
tesimo primo, cum multis aliis Francorum *Sup. lib.*
proceribus in Terram Sanctam peregrina- *LXV. §. 23.*
tus fuerat. Priusquam hoc iter susciperet,
omnis generis vitiis immerfus credere
videbatur, nullum dari in Cœlo Numen, *Guil. Mal-*
sed omnia in hoc Orbe cœcæ Fortunæ *mesb. lib. 5.*
impetu circumagi. Cum faceto esset in- *p. 170.*
genio, etiam in res serias, quin & in pel-
lices suas, jucunde ludebat, per jocum
dicere auditus, cogitare se Abbatiam
condere ad congregandas meretriculas.
Tum, quamlibet earum, quas noverat, Guilielmus
nominans, hanc muneri Abbatissæ, illam *Dux Aquita-*
Priorissæ, aliasque aliis officiis implendis *niæ.*
aptissimas fore ajebat. Versus quoque
temporis fallendi causa in amicas suas
concinnabat. Ceterum peregrinatione
Sacra conversus non est, cum eundem
post tot exinde annos adulterii consuetu-
dine, ipsi cum Vicecomitissa Castellensi
intercedente, illigatum legamus, quam
mulierem usque adeo deperibat, ut in
scuto suo ejus vultum ad naturam arte
pictoris expressum gereret, quando cum
hostibus congrediebatur. Ipsum Gerar-
dus Episcopus Inculismensis, quod publi-

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

ci adulterii scandalum daret, frustra ob-
jurgatum, a Communione Fidelium ex-
cludit; cui ille, calvitiam Episcopi irri-
dens (nam eum senectus capillis priva-
verat) *prius tu, calve, capillos capiti tui
iterum natos pectes, quam ego dilectam mi-
bi Vicecomitissam a latere meo dimit-
tam.*

Petrus Episcopus Piëtaviensis, vir
clarissimus & virtutibus ornatissimus,
Guilielmum Ducem quadam die ob
adulterii crimen, libertate Episcopa-
li, severe increpuit, & in obstinatum
excommunicationis formulam pronun-
ciare cœpit. Tunc vero Dux furiose in-
dignans & una manu Sacerdotis capillos
corripens, altera nudum ferrum tenens,
Popa temerarie! inquit, *vel eodem ore,
quo damnasti, protinus me absolve, vel
morere.* Episcopus subito terrore muta-
tum se simulans, licentiam loquendi pe-
tit, quam ubi impetravit, verba consue-
ta excommunicationis secundum omnem
Ecclesiasticum rigorem mira constantia
profert, moxque, comparato ad marty-
rium animo, Duci cervices offerens, *feri,*
inquit, *Tyranne! feri.* At Dux, rem an-
tea seriam joco temperans, *usque adeo te
odi,* inquit, *ut mea manu indignum cre-
dam, nec ego ille sum, qui tibi in paradi-
sum avolaturum viam aperiam.* Nihilomi-
nus haud diu post, Vicecomitissa stimu-
lante,

lante, Episcopum exilio damnavit, ubi Sæcul. XII.
 Sancto fine quievit. Porro Dux inau- A.C. 1119.
 diens, defunctum edere miracula, *pæni-*
tentia me subit, ait, quod Sanctum Virum
non citius necaverim. Plave id ipse in
beneficiis numerasset. Talis ergo fuit
 Dux Aquitaniæ, contra quem Ducissa,
 ejus uxor, in Concilio Remensi querelas
 attulit.

Deinde in Concilio Audinus Episco-
 pus Ebroicensis Actionem movit contra
 Amalricum, Comitem Montefortium, a
 quo se turpiter expulsus, & domum Epi-
 scopalem nefanda crudelitate incensam,
 affirmabat. Mox autem reclamavit Amal-
 rici Capellanus in pleno Concilio, dicens,
 mentiri Episcopum, nec ipsum Amalrici
 culpa, sed propria nequitia fuisse eje-
 ctum, & domum Episcopalem combu-
 stam. Tumque Francis Amalrici causam
 defendentibus, magna contentio exori-
 tur. Tandem, strepitu utcunque ces-
 sante, Papa præsentibus omnes ad concor-
 diam & pacem hortatus est, memorans,
 quanta mala bellum tam in Rempublicam
 quam in Ecclesiam invehat. Tum Treu-
 gam seu Inducias Sacras servari jussit, il-
 lis pactis, quibus eas Urbanus II. institue-
 rat, in Concilio Claromontano, cujus De-
 creta omnia confirmavit, & adjecit: *Im-*
perator Allemannorum mihi mandavit;
Mozonem Castrum adirem, ibique, Ma-

Sæcul. XII. *tris nostræ, Ecclesiæ Bono pacis fœdera*
A C. 1119. *cum eo pangerem. Illuc me pro pace la-*
boraturum Archiepiscopus Remensis, Ro-
tomagensis, & quidam alii ex Episcopis
Collegis nostris, quos præ ceteris in hoc
negotio necessarios æstimo, comitentur.
Ceteros omnes rogo; nos quantocius redi-
turos hic præstolentur. Orate pro nobis,
ut iter istud feliciter eveniat. Inde re-
versus causas & querelas diligentius disci-
tiam, & Domino opitulante totam Sacram
Concionem in pace dimittam. His per-
actis, Spiritualem filium meum, Regem*
**e Sacro fon- Angliæ, sanguinis propinquitate mihi jun-*
te levatum. ctum, adibo, ipsum & Theobaldum Comi-
tem, ejus nepotem (Campaniæ Comitum)
aliosque dissidentes hortabor; ut alter al-
teri jus suum tribuat, & cuncti pacem sibi
ipsis & Subditis suis reddant. Illos vero,
qui monitis nostris non obtemperaverint,
qui pacem & quietem publicam turbare
perseveraverint, terribili anathematis
sententia feriam.

§. VI.

Colloquium Mozonenſe.

Hæc dicebat Callistus Papa, Feria ter-
 tia, vigesima prima Octobris, die
 Concilii secunda, consilium suggerenti-
 bus Episcopis, ad colloquium Imperato-
 ris iturus. Præcepit etiam remanenti-
 bus, ut se absente præsertim in ipsa die collo-

colloquii, preces & Sacrificia Deo offer- Sæcul. XII.
rent, & ab Ecclesia Metropolitana ad Ec- A.C. 1119.
clesiam S. Remigii nudis pedibus proce-
derent. Altera die, nempe Feria quarta,
discessit, & Feria V. ad locum colloquii
oppido fatigatus pervenit. Die sequenti
Callistus, Episcopis, Abbatibus, ceteris-
que sapientibus viris, quos adduxerat,
ad conclave suum vocatis, utrumque
commentarium, conditiones pacis, inter
Imperatorem & Papam recipiendas, ex-
hibentem, prælegi iussit. Has ergo ac-
curate pensant, & in illa clausula mora-
ti, ubi Imperator promittebat: *Dimitto
omnem Investituram omnium Ecclesia-
rum*, dicebant: *Siquidem Rex sincere
agit, verba ista sufficiunt, sed si cavillari
vult, videntur nobis explicatione indige-
re, ne forte aut possessiones antiquas Eccle-
siarum sibi vindicare conetur, aut iterum
Episcopos investire.* In Commentario
Papæ illa verba ad examen vocabant:
*Do veram pacem Regi & omnibus, qui cum
ipso hoc bello involuti fuerunt.* Ne for-
te sub nomine pacis quidquam amplius
acciperetur, quam reddenda Ecclesiæ
Communio, & Ecclesia ad recipiendos
Episcopos intrusos, vel legitime deposi-
tos compelleretur.

His diligenter discussis, Episcopus
Ostiensis, Joannes Cremensis Cardinalis,
Episcopus Vivariensis, Episcopus Cata-
launen-

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

launensis, & Abbas Cluniacensis ad castra Imperatoris mittuntur. Cum illuc pervenissent, commentarios exhibent, & explicant clausulas, prout communi consilio definitum fuerat. Rex prima fronte negare, quod eorum aliquid promississet; sed Episcopus Catalaunensis vigore Sacerdotali ait: *Super Reliquias Sanctorum vel super Evangelium Christi jurabo, quod hæc in manibus meis promiseris.* Cumque omnium testimonio convinceretur compulsus est quidem fateri, quod prius negaverat, sed querebatur, se coactum promississe, quæ salva auctoritate Regia exsequi non posset. Cui Episcopus respondit: *Nos Episcopos, Rex, in servandis promissis nostris per omnia fideles habebis; nec enim Dominus Papa Dignitati tuæ ullatenus nocere intendit, sicut quidam susurriones & adulatores tibi suggerunt, sed contra publice denunciant, teneri Episcopos omnes tibi militanti servire, & cetera omnia exhibere obsequia, quæ pro more tibi & Antecessoribus tuis præstiterunt. Si autem Imperii statum ideo imminui existimas, quod tibi non amplius liceat Episcopatus majorem auri vim offerentibus concedere, & venumdare, nimium quantum erras; sed potius regni tui augmentum spera, si quod Deus prohibet, abjicias.*

Rex,

Rex, cum non haberet, quod ad hæc responderet, mitius loqui, & inducias petere, saltem usque ad diem alteram; nam velle se nocte illa cum Baronibus suis deliberare, eosque, si fieri posset, ad consensum permovere. Responsum se eis summo mane daturum. Tum Cæsarei cum Pontificiis de modo, quo Imperator absolvendus & recipiendus esset, agentes dicebant; durum sibi videri & intolerabile, si Imperator, ipsorum Dominus, nudis pedibus more aliorum ad accipiendam absolutionem accederet. Quibus a Papa delegati responderunt, se omnem conatum adhibituros, ut Papam ad Imperatorem calceatum & paucissimis præsentibus recipiendum permoverent. His illa die actis, delegati omnia ad Pontificem deferunt. Is desperandum esse de pace, ajebat, & statim ubi illuxisset ad Fratres suos, quos Remis reliquerat, redire cogitabat. Sed Comiti Trecensi pluribusque aliis id suadentibus dedit, ut altera die, quæ erat Sabbatum, usque ad meridiem expectaret, sicque omnem excusationis speciem Germanis auferret.

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

Callistus II.
in Germania

Summo mane Episcopus Catalaunensis & Abbas Cluniacensis iterum ad castra Cæsaris redeunt, audituri, quid denique statuisset. Tunc Episcopus ad Regem: *Heri quidem, o Rex, merito a te*
E e 5 debuis-

Sæcul. XII. *debuissimus recedere, quia promissum no-*
A.C. 1119. *strum implere præstituta die parati era-*
mus. Verum ob unius noctis moram no-
luimus pacis (maximi plane boni) nego-
tium negligere. Itaque si hodie promi-
sum tuum exsequi volueris, cupit adue-
Papa, quod nostro ore tibi promisit, omni-
bis modis adimplere, Rex, iræ intempe-
rans, moram sibi esse necessariam dixit,
convocanda esse Comitia generalia, &
requirendum Principum consensum, sine
quo sibi non liceret Investituræ renun-
ciare. Cui Episcopus breviter respon-
dit: nihil jam amplius mihi & tibi sit,
Rex, & nemine salutato se proripuit.
Cum igitur rediisset ad Papam, is festi-
nanter ad aliud Comitis Trecentis Ca-
strum transit. Rex autem per nuncios
Comitem rogat; Papam in illo loco sal-
tem Die Dominica moraretur, nihil enim
certius esse, quam ut Feria II. faceret,
quod hucusque negasset. Re ad Papam
delata, respondit: Feci, Fratres, ductus
amore pacis, quod ab Antecessoribus no-
stris factum nunquam audivi. Genera-
lem Synodum congregatam reliqui, & non
sine magno labore ad hominem istum veni,
in quo nullum pacis desiderium deprehendi.
Itaque fixum mihi est, ulterius non expe-
ctare; si vero Deus veram pacem vel in
Concilio vel Concilio jam soluto nobis de-
derit, eam ambobus brachiis amplectar.
 Die

Die ergo Dominica, antequam illuxisset, Sæcul. XII.
 iter ingressus, confectis viginti leucis, A.C. 1119.
 leriter eadem die Remos perveniens,
 Missam celebravit.

§. VII.

Fridericus Episcopus Leodiensis.

Episcopi congregati absentiam Papæ il-
 lo quatrduo ægre ferebant, quod
 tempus nihil agendo tereretur, præci-
 pue illi, qui e regionibus remotioribus
 venire iussi, relictis privatis suis negotiis,
 pecuniam Remis sine ullius utilitate ex-
 pendere cogebantur. Tandem rediit
 Callistus Papa vigesima sexta Octobris,
 & eadem die Fridericum, Comitis Na-
 murcensis fratrem, Episcopum Leodien-
 sem consecravit. Habebat vero Fride-
 ricus æmulum, Alexandrum, ejusdem
 Ecclesiæ thesauro præfectum, qui, Ober-
 to Episcopo fatis functo, cum Henricum
 Imperatorem adiisset, Investituram Ec-
 clesiæ Leodiensis, datis septem millibus
 argenti libris, obtinuisse dicebatur. Fri-
 dericus Archiepiscopus Coloniensis, il-
 lius provinciæ Metropolita, Leodiensibus
 prohibuit, ne Alexandrum Episcopum
 reciperent, & postquam eum ter in judi-
 cium nequicquam vocasset, fratrem Co-
 mitis Namurcensis Coloniæ eligi curavit,
 & Pontifici consecrandum transmissit.
 Alexander vero Duce Loyaniensi aliis-
 que

to. 10. Conc.
 p. 880. ex
 hist. Chapea-
 ville.

Sæcul. XII. aliisque Principibus factionem ejus tuen-
 A.C. 1119. tibus Hojum se recepit, ubi obsidionem
 sustinuit. Haud brevi tempore bellum
 arsit, & quamvis vicerit Fridericus, ac
 Episcopatum Leodiensem obtinuerit,
 Fautores tamen Alexandri nunquam pe-
 nitus oppressi sunt, quin anno Episcopa-
 tus ejus secundo Præsulem, tetrum fa-
 cinus! propinato veneno e vivis sustu-
 lerunt.

§. VIII.

*Quæ ulterius in Concilio Remensi acta
 sint.*

Feria II. vigesima septima Octobris, Pa-
 tribus Concilii Remensis iterum ad
 consultandum convenientibus, vix satis
 virium Pontifici, pridiano itinere fatiga-
 to, fuere, quibus in Sessione durare pos-
 set; Colloquii tamen Mozonensis even-
 tum referri jussit. Igitur Joannes Cre-
 mensis Cardinalis Presbyter acta expo-
 suit in hunc modum: *Non ignoratis, nos
 Mozonem perrexisse; sed hæc profectio
 nullam utilitatem attulit. Imperator
 enim cum ingenti exercitu triginta ferme
 millium quasi pugnaturus ad illum locum
 advenit, quod ubi animadvertimus, Papam
 in illo Castro, quod in ditione Archiepisco-
 pi Remensis est, inclusimus. Sæpius ro-
 gavimus, in conspectum Imperatoris pri-
 vatim admitti, quoties vero soli colloqui
 capi-*

capimus accesserunt innumeri ejus satelli-
 tes, lanceas & gladios vibrantes, unde
 animus noster metu turbabatur. Quip-
 pe non armis instructi ad præliandum ve-
 neramus, sed inermes, de pace acturi. Im-
 perator per ambages nobis respondebat, &
 cupiens Papam in Casses pertrahere, nihil
 magis quam ejus præsentiam exoptabat.
 Nos vero Patrem patrum solerter occulta-
 vimus, memores, quam perfide hic ipse
 Henricus Paschalem Papam Romæ in vin-
 cula conjecisset. Tandem ingruente no-
 ste separamur, & metuentes, ne nos Ty-
 rannus immisis militibus persequeretur,
 velocissime viam relegimus.

Sæcul. XII.
 A.C. 1119.

Sup. lib.
 LXVI. §. 3.

Feria tertia, vigesima octava Octo-
 bris, Papa infirmitate detentus in Con-
 cilio sedere non potuit. Feria quarta
 circa horam nonam matutinam accedens
 quorundam querelas audivit & non nul-
 la alia negotia usque ad horam tertiam
 tractavit. Ceterum Archiepiscopus Co-
 loniæ, missis ad Papam legatis cum
 epistola, subjectionem professus, pacem
 & amicitiam ejus petiit, & filium Petri
 Leonis, quem obsidem habebat, in amo-
 ris specimen, sine pretio reddidit. Tunc
 ille juvenis in Concilio conspici cœpit,
 pretiosis quidem ornatus vestibus, sed
 nigro vultu & pallido, magis Judæo vel
 Agareno quam Christiano similis; eum
 autem Franci alique penes Pontificem
 stan-

s tuen-
 tionem
 ellum
 as, ac
 uerit,
 m pe-
 copam
 m fa-
 sultu-
 acta
 s, Pa-
 m ad
 satis
 tuga-
 pol-
 ven-
 Cre-
 xpo-
 nos
 ctio
 ator
 rme
 cum
 ham
 sco-
 ro-
 bri-
 qui
 epi-



Sæcul. XII. stantem intuentes ridebant & perniciem
 A.C. 1119. imprecabantur, odio parentis ipsius,
 quem olim Judæam, & in illum diem
 iniquissimum fceneratorem noverant.
 Lugdunensis deinde Archiepiscopus, cum
 suis Suffraganeis surgens, nomine Episco-
 pi Matisconensis, contra molimina Abba-
 tis Cluniacensis querelas protulit, quas
 etiam plures alii monachi Clericique
 contra eundem Abbatem magna vocife-
 ratione & strepitu profecuti sunt. Tum,
 imperato silentio, Pontius Abbas Clunia-
 censis, cum magna monachorum caterva
 surgens, edixit, se nulli intulisse vel da-
 mnnum vel injuriam, sed quia res & pri-
 vilegia Monasteria sui, ut par esset, cura-
 ret, accusatoribus suis rei alienæ invaso-
 rem videri. *Ceterum, inquebat, Res
 Papæ agitur, defendat ipse, si velit, Eccle-
 siam suam, & Bona, quæ fidei meæ conser-
 vanda credidit.*

Canones
 Concilii Re-
 mensis.

Papa sententiam pronunciare circa
 hanc causam in alteram diem distulit, &
 ab hora tertia pomeridiana Decreta hu-
 jus Concilii recitari iussit. Erant vero
 numero quinque: primo Simonia damna-
 tur. Secundo prohibetur, ne quis Lai-
 cus Investituram Episcopatus vel Abba-
 tiæ concedat. Quicumque id præsum-
 pserit anathematis ultioni subjaceat, &
 Investitus dignitate acquisita adempta
 omni spe, se unquam restitui posse, pri-
 vetur.

vetur. Tertio in vasa Bonorum Ecclesie perpetuo anathemate feriuntur. Quarto prohibetur, ne quis alteri Beneficium Ecclesiasticum quasi jure hæreditario relinquat. Ne quis pro Baptismate, pro Sacris oleis, pro sepultura, pro infirmorum visitatione aut unctione, pretium accipiat. Ultimo Clericis continentia præcipitur. In eodem Concilio longum Decretum de servanda Treuga seu Sacris induciis editum. Capitulum de Investitura primo verbis generalibus, quæ omnes Ecclesias & omnia Bona Ecclesiastica complectebantur, scriptum cunctis Laicis & quibusdam Clericis occasionem præbuit tumultuose conquerendi; qua de re usque in intemptam noctem disputatum. Laicis enim Papa Decimas aliosque census Ecclesiasticos, quos a longo tempore percipiebant, eripere velle videbatur. Igitur illa die Papa, ut constituerat, Concilio finem imponere non potuit, sed insequentem distulit, qua & istud capitulum & reliqua communi consensu componerentur.

Ultima Concilii Sessio die Jovis decima tertia Octobris anno millesimo centesimo decimo nono habita. Hymno de Spiritu Sancto decantato, Papa de donis ejusdem Spiritus Sancti, præsertim de Sapientia & Charitate, ad totum Concilium

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

p. 877.

Sæcul. XII. lium dixit, omnes ad concordiam exhortans, & potestatem abeundi faciens omnibus, qui Auctoritati Ecclesiæ subesse recusarent. (*) Tandem tanta eloquentiæ vi peroravit, ut omnes de Canone ad jus investiendi pertinente, atque ad Episcopos & Abbates restricto, consenserint. Quinque vero Canones, a toto Concilio approbatos, Joannes Cremenſis Cardinalis dictavit, Joannes Rotomagensis monachus ad S. Owenum scripsit, & Chryſogonus Cardinalis Diaconus publice recitavit. Tum Joannes Cremenſis Cardinalis de Cauſa Abbatis Cluniacensis diſſeruit, atque argumentis a Papæ auctoritate deſumptis concluſit, confirmanda eſſe hujus Monasterii Privilegia, non nulloꝝ Præſulum murmurantium querelis inſuperhabitis. Inter hæc literæ aſſeruntur, quibus Cardinalis Tuſculanensis mors nunciabatur, & quædam Episto-la Clementiæ, Summi Pontificis Sororis,

(*) Ipsa verba Callisti Papæ perorantis sunt: *Unde & nos cum Auctoritate Apostolica dicimus: Si Infidelis discedit, discedat, & det locum Fidelibus, quæ Ecclesiastica sunt & Ecclesiæ libertati necessaria, pertrahere.* Tum subjungit: *Vobis autem, qui locum & officium Apostolorum in Ecclesia Dei tenetis, dicimus, quod Dominus dixit ad duodecim: nunquid & vos* ** Joana. 6. vultis abire? ** Act. Conc. Edit. Hard. Tom. VI. Part. II. pag. 1998.

Sororis, de obitu adolescentis Comitis Sæcul. XII.
Balduini, filii sui, mense Junio præterito A.C. 1119.
fatis functi. Concilium pro utroque pre-
ces persolvit.

Porro cum Episcopus Barcinonensis
de Dignitate Regia & Sacerdotali doctis-
sime pro Concione dixisset, allatæ sunt
quadringentæ viginti septem candelæ
accensæ, & singulis sive Episcopis sive
Abbatibus baculos tenentibus datæ.
Tum cum omnes moniti fuissent, ut sur-
gerent, candelas manibus tenentes, reci-
tata sunt multorum nomina, quos sole-
mni ritu excommunicare Pontifex con-
stituerat. Ex his primi nominati sunt
Rex Henricus, & Burdinus Antipapa. (*)
Tandem accepta Callisti Papæ Benedi-
ctione omnes discesserunt. Et hic Con-
cilio Remensis finis fuit.

§. IX.

(*) In ipsis Actis ex Commentario Hessionis
subjunguntur sequentia verba: *Absolvit etiam
Dominus Papa auctoritate Apostolica a Fide-
litate Regis omnes, quotquot ei juraverant, nisi
forte resipisceret, & Ecclesiæ Dei satisfaceret.*

Ex his dispicimus, Gregorii VII. Papæ Suc-
cessores ejusdem vestigiis inhæsisse. Sed hæc
absolutio jam illa ætate verborum formula sine
effectu fuisse videtur, cum non legamus, ideo
Subditorum quemquam ab Henrico Imperatore
defecisse.

Hist. Eccles. Tom. XVI.

F f

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

§. IX.

S. Norberti vita.

Sup. lib.
LXVI. §.
53.

vit. c. 4. n. 42.
ap. Boll. to.
19. p. 827.

Callistum Papam Concilium Remense celebrantem S. Norbertus adiit. Ei, ubi a Gelasio Papa discessit, peragrata Francia, in patriam redeunti, cum Aureliani moraretur, quidam Subdiaconus se junxit, præter duos Laicos, qui ipsum antea sequebantur. Ita cum tribus sociis Sabbato ante Dominicam Palmarum, die vigesima secunda Martii, anno millesimo centesimo decimo nono Valentianam pervenit. Die Dominica publice dixit ad populum, & quamvis Francorum lingua necdum ipsi esset familiaris, ita tamen audientes, magno animarum fructu, sibi conciliavit, ut ipsum apud se retinere cogitarent; quin etiam vehementer instabant, ut fessus post tot labores aliquamdiu quietem caperet. Sed Norbertus permoveri non potuisset, nisi eum manere compulisset morbus sociorum, quos in Hebdomada Paschali mors abstulit. Ipse omnes tres Valentianæ sepulchro intulit.

Illis diebus, quibus Norbertus agrotantibus sociis serviebat, Buchardus Episcopus Cameracensis Feria quarta in Hebdomada majore Valentianam venit, quo comperto, Norbertus se ad eum contulit, veterem in Sæculo amicum suum.

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

suum. Præ foribus diverforii, quod Episcopus intraverat, obvium habuit Hugonem Clericis Episcopi adscriptum, a quo, cum id petiisset, ad eum introducit. Postquam sermonem conferuerunt, & Norberti forma ad Buchardi oculos tota pervenit, dilectum amicum cognoscens, a lacrymis non temperavit, cum ipsum nudis pedibus incedentem conspiceret, tali anni tempore, quo terra gelu constringebatur. Itaque inexpectati hospitii cervicibus amplexus exclamat: *Ab, carissime Norberte! quis unquam tantam mutationem sperare potuisset?* Hugo colloquentibus adstans cernebat quidem, quam tenero lætitiæ affectu Episcopus, Dominus suus, commoveretur, sed quid dicerent, nam germanice loquebantur, nesciebat. Ergo Episcopi lateri proxime admotus, reverenter interrogat, quænam gaudii causa esset? cui respondit Buchardus: *Vir, quem hic vides, mecum in aula Regis enutritus fuit, nobili genere ortus, & fortunæ beneficiis tam beatus, ut Sedem Episcopalem, quam ego teneo, prius sibi oblatam rejecerit.* Nempe Ecclesia Cameracensis, Odone beatæ memoriæ, decima nona Junii, anno millesimo centesimo decimo tertio, fatis functo vacavit, & Buchardus demum anno millesimo centesimo decimo quinto, postquam Cameracum plus quam

Sæcul. XII. uno anno & sex mensibus sine Episcopo
 A.C. 1119. fuisset, electus est.

Hæc loquente Episcopo, tum ejus exemplo motus, tum subito affectu in Norbertum raptus, lacrymas non tenebat. Nam & ipsum magnum desiderium relinquendi mundum jam diu subierat, expectabatque propositum exsequendi occasionem, quamvis hoc consilium necdum ulli hominum aperuisset. Norber-

Hugo S. Norberti Socius. tus quoque, mortuis tribus sociis, morbo tentatus est; Episcopus Cameracensis sæpe ægrotantem invisebat, & Hugo quotidie decumbentis vires solícite explorabat. Postquam vero convaluit, Hugo Norbertum adiens, manifestat, quod simile vitæ genus amplecti animo constituisset, seque eum, quocunque pergeret, secuturum esse, promisit. Norbertus levatis in cælum oculis Deo gratias agens, aiebat, *Domine! bodie rogavi te, ut mibi socium dares.* Tum Hugoni, negotia sua domestica componere cupienti, suavit ille, ut id promptissime faceret, sicque Valentianæ, mense Junio, anno millesimo centesimo decimo nono, perpetuo societatis vinculo Norberto junctus est.

Exinde Norbertus socii auxilio lætus, & de Dei voluntate nullatenus dubitans, cum Hugone Arces, urbes, vicus peragrabat, Verbum Dei prædicabat, dissidentes reconciliabat, odium quorundam inve-

inveteratum & inimicitias tollebat. Am- Sæcul. XII.
 bo nihil petebant, aut accipiebant a quo- A.C. 1119.
 quam, nisi quod Missam celebrantibus of-
 ferebatur, idque totum deinde pauperi-
 bus largiebantur, dicentes, se peregrini-
 nos esse super terram, & rati, rem indi-
 gnam fore, si parvulum quæstum quære-
 rent, qui ex amore Dei omnia reliquis-
 sent. Hinc omnes in admirationem sui
 rapiabant; quando oppidis appropin-
 quabant, pastores relictis gregibus cur-
 rebant, adventum Sanctorum Virorum
 oppidanis denunciantes; tum pulsaban-
 tur campanæ, populus turmatim ad Ec-
 clesiam confluebat, Missæ intererat &
 Norbertum e Cathedra dicentem auscul-
 tabat. Officium Divinum sequebatur
 collatio familiaris, in qua interroganti-
 bus respondebant, ad varias quæstiones,
 de frequenti Confessione, de necessitate
 pœnitentiæ, de Officiis Christianorum
 in matrimonio constitutorum, & quomo-
 do servantes sibi Bona sua salvari pos-
 sint. (*) Nocte appetente ad hospitium
 F f 3 suum

(*) *De frequenti Confessione &c.* Lorenz
 von Mosheim in seinem allgemeinen Kirchenrechte
 der Protestanten saget, * man glaubet in der Rö- * auf der 334.
 mischen Kirche, Jesus Christus habe nicht Seite.
 vollkommen für unsere Sünden gebüffet, son-
 dern der Mensch müsse noch etwas dazu bey-
 tragen. Man müste also seine Sünden vor
 dem

Sæcul. XII. suum deducebantur, & illi, quorum te-
 A.C. 1119. sta subibant, id in acceptis beneficiis nu-
 merabant. Aliquis trahebat asellum,
 præter quem nihil aliud iter facientibus
 necessarium habebant, alius puerum il-
 lius animalis custodem ad cœnam voca-
 bat. Nemo autem putet hoc asello S.
 Nor-

dem Beichtvater bekennen, damit derselbe ei-
 ne Strafe deshalb anlegen könne. Da-
 her ist die Ohrenbeicht in der Römischen Kir-
 che nöthig, wir haben alle diese Sätze in unse-
 rer Kirche verworfen, da wir behaupten, daß
 der Erlöser alle Sünden vollkommen abge-
 tragen und gebüffet habe. Antwort. Wel-
 cher Römisch-Katholische Lehrer hat jemal die
 Nothwendigkeit der Ohrenbeicht auf den Satz ge-
 gründet; weil man in der Römischen Kirche
 glaubet, Jesus Christus habe nicht vollkom-
 men für unsere Sünden gebüffet? Auf diese
 Art tragen Lutherische Canoniken die Lehre der
 Römischen Kirche ihren Schülern vor, nämlich of-
 fenbare Unwahrheiten. Und das thut ein Mose-
 heim, ein vorgeblich großes Licht in seiner Kirche.

Es folget auch ganz und gar nicht daraus: ein
 Christ muß seine Sünden vor dem Beichtvater be-
 kennen, also hat Christus für unsere Sünden nicht
 vollkommen gebüffet; so wenig als wenn jemand
 behaupten wolte: Ein Mensch muß getauft wer-
 den, sonst wird er nicht selig, also hat Christus
 seine Sünden nicht vollkommen abgetragen. Denn
 die Worte: ego te absolvo, können den Verdiensten
 Christi so wenig nachtheilig seyn, als: ego te baptizo.
 Von der Nothwendigkeit der Beichte ein anderesmal.

Norbertum fuisse vectum, quippe nulla alia re, quam suppellectile ad Missam celebrandam destinata, Psalterio, & paucis aliis libris onerabatur. Cibo vires refecturus Norbertus in terra sedebat, & super genua sua comedebat, nullum aliud condimentum quam sal admittebat, & sola frigida sitim pellebat. Sed quoties ab Episcopis vel Abbatibus ad mensam invitabatur, aliorum more vivebat.

Sæcul. XII.
A. C. 1119.

Præsules S. Norbertum magno honore prosequabantur; quin etiam aditum ad sua Capitula concedebant, ut concionantem audirent. Multas quæstiones de Disciplina Ecclesiastica & Regulari, ac de Doctrina morum movebant, non nulli quidem, ut ejus scientiam explorarent, & insidias struerent, alii vero bona fide, quæ nesciebant, doceri cupientes. At Vir Sanctus recta via incedebat, nullius intentionem scrutans, cunctis auditoribus sine discrimine horrorem vitiorum ingerere conabatur, quam ore exponebat doctrinam suo exemplo & miraculis confirmans. Populi miro affectu in eum ferebantur, nec conspiciendo & audiendo satiabantur. Ipse vero patientia incredibili laborabat, præsertim in extinguendis inimiciis, quibus permulti in illis regionibus ad cædes & latrocinia accendebantur. Unde quorundam adversariorum animos, quos unquam re-

S. Norbertus.

F f 4 conci-

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

n. 321.

conciliari posse nemo mortalium sperabat, mirabili industria, Norbertus Christianæ charitatis vinculo colligavit. Ceterum adhuc dum morem, non nunquam duas Missas una die, exempli causa, alteram de Beata Virgine, alteram pro defunctis celebrandi servabat.

n. 33.

Itaque cum S. Norbertus comperisset, Callistum in Cathedra S. Petri fuisse collocatum, eumque Concilium Remis celebrare, ut erat, nudis pedibus illuc commeavit, quamvis nova hieme aer frigeret. Magna vero lætitia Episcoporum & Abbatum ibi collectorum exceptus est, cunctis in eo viro sermonis vim singularem, sapientiam, & pœnitentiæ rigorem admirantibus. Complures eum monebant, sed in cassum, ut tantam austeritatem temperaret. Ne vero ejus vitæ ratio, tantopere ab aliorum consuetudine abhorrens, ipsius doctrinam suspectam efficeret, literas, sibi a Gelasio concessas, a Callisto Papa confirmari petiit. Norbertum in Pontificis conspectum deduxit Bartholomæus Episcopus Laudunensis, quem ipsius propinqui, in illa Diœcesi degentes, datis literis commendatitiis rogaverant, ut Norberto faveret. Eidem Episcopo Papa in mandatis dederat; curam Norberti gereret, eumque melius & lenius, quam ipse se ipsum, etiam invitum aliquamdiu haberet,

beret, promittens se, soluto Concilio, Sæcul. XII. A.C. 1119.
Laudunum iturum esse. Paucos post dies

venit Papa, ut promiserat, cumque Episcopus eum consulisset, quo pacto Sanctum Virum permovere posset, ut in illa Diœcesi sedem figeret, ei quamdam Ecclesiam, S. Martino Sacram, in suburbio positam, in qua aliquot Canonici ministrabant, obtulerunt.

Norbertus ægre acquievit, nec nisi obedientia Summo Pontifici debita compulsus, addita conditione, ut illius loci Canonici ipsius vitæ normam amplecterentur. Postquam vero hanc eis proposuit, nimirum, spernendam esse hujus Sæculi pompam, pauperes esse oportere, ac opprobria, cavillationes, famem, sitim, frigus, aliaque adversa pati, perterriti dixerunt: *Nolumus subesse tali Præposito, sed petimus, ut nobis secundum morem Majorum nostrorum vivere liceat.* Ergo Episcopus Laudunensis Norbertum reliquo hyemis tempore apud se diversari voluit, cupiens ejus corpusculum jejuniiis & frigore attenuatum fovere & reficere, & instantissime rogans, ut in illa Diœcesi persisteret. Porro quia Episcopus ex Norberto intellexerat, ipsum solitudinem quærere, in varia deserta eum ducebat, sperans fore, ut aliquem illius Diœcesis locum, qui placuisset, deligeret, & tandem Norbertus Episcopi, aliorum-



Sæcul. XII. rumque virorum Nobilium & piorum
 A.C. 1119. precibus flecti se passus quamdam ere-
 mum, *Præmonstratum* dictam, in qua
 stabiliter degeret, sibi donari postula-
 vit.

§. X.

S. Vitalis Saviniacensis extrema.

Sanctus Vitalis Saviniacensis quoque in
 Concilio Remensi adfuit, & tanta ver-
 borum vi e Cathedra sæpius dixit, ut
 vit. M. S. Callistus Papa, confessus in illam usque
 diem neminem Vitale melius officia Sum-
 mi Pastoris exposuisse, ei dona contule-
 rit, & epistolas ipsi faventes ad Episco-
 pum Cenomanensem & Abrincensem, ad
 Comitem Moritonii, Principibusque Fe-
 licitarum & Meduanæ dederit. Anno
 sequente, millesimo centesimo vigesimo
 Vitalis in locum remotiorem transtulit
 Sanctimoniales, quæ prius in domo ad
 portam Monasterii sui exstructa dege-
 bant, nam exemplum amici sui Roberti
 Arbrifellensis secutus, duplex monaste-
 rium, alterum virorum, alterum femi-
 narum condiderat. Eodem anno, ite-
 rum in Anglia Verbum Dei prædicans,
 plurimos convertit, quamvis enim lin-
 gua Romanorum, seu illius ævi Franco-
 rum, loqueretur, etiam illius linguæ igna-
 ri sermone Vitalis movebantur. Nemini,
 cum ad populum diceret, parcebat, mi-
 nime

nime autem Clericis, luridam vitam du-
centibus; unde sapius S. Viri vitæ insi-
diabantur.

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

Tandem anno millesimo centesimo
vigesimo secundo in Prioratu, quem vul-
go *Dampiere* dicebant, ipsi ab Henrico I.
Rege donato, agrotare cœpit. Altera
die, decima sexta Septembris, morien-
tium Sacramentis munitus, omnium pri-
mus in Ecclesia ad Matutinos adfuit, qui-
bus decantatis, & officio Beatæ Virginis
inchoato, sancto fine quievit. Plura mi-
racula illo triduo, quo ejus corpus po-
puli oculis & venerationi expositum fuit,
edita. Illico monachi nuncios ad cele-
berrimas Franciæ & Angliæ Ecclesias mi-
serunt, qui obitum Vitalis significarent,
indeque responsa S. Viri laudibus plena,
quæ hodieque Saviniaci servantur, rece-
perunt. S. Vitalis Monasterio Savinia-
censi annis decem præfuit, vitam vero
ejus Stephanus Felicitarum*, Henrici II.
Regis Angliæ Capellanus, & postea Epi-
scopus Rhedonensis, scripsit. Successit
Geofridus, qui Abbatiam Saviniacensem
annis septendecim rexit, & ipse Sancto-
rum numero adscriptus.

Chr. Savig.
to. 2.
Miscell. Ba-
lux. p. 310.

Rob. de mon-
te an. 1178.
** Fougères.*

§. XI.

Colloquium Gifortienſe.

Mense Novembri anno millesimo cen-
tesimo decimo nono, Callistus Papa
in

Sæcul. XII. in Normanniam venit, cum Rege Angliæ
 A.C.1119. Henrico consultaturus. Colloqui lo-
 cus Gifortium fuit, ubi Rex Papam, quem
 etiam ob sanguinis propinquitatem cole-
 bat, perhonorifice excepit. Ad pedes
 suos se demittentem levavit Papa & pa-
 terno affectu eum amplexus, *promisi in*
Concilio Remensi, inquit, me nihil non
acturum esse, ut pacem reducerem. In
bunc Sanctum finem buc veni, obsecro! ad-
juva conatus meos. Cumque Rex, omnia
 se facturum esse, quæ Papa præciperet,
 polliceretur, Callistus iterum, *quia Lege*
Divina, inquit, unicuique quod suum est,
jubemur restituere, Patres Concilii Remen-
sis rogant te, ut Roberto, Fratri tuo, li-
bertatem, & ipsius filio Ducatum Nor-
manniæ reddas.

Rex respondit: *Non ego Fratrem*
meum Ducatu Normanniæ spoliavi, sed
hanc provinciam, relictam patris mei bæ-
reditatem, a latronibus & Sacrilegis mi-
seve devastatam liberavi. Nullus honor
erat Presbyteris, ceterisque Dei Servis, ni-
hil propius fuit, quam ut Idololatria re-
vocaretur. Monasteria, a Majoribus no-
stris condita, destructa jacebant, monachis,
quia sustentari nequibant, in diversa spar-
sis. Diripiebantur Ecclesiæ, multæ incen-
dio cremabantur, Asylum quærentes ab-
strabebantur, populi mutuis cædibus consu-
mebantur, nemine inermem innocentiam
defen-

defendente. Tristissima sors annis septem sæcul. XII.
Normanniam pressit. Pejora in dies nun- A.C. 1119.
ciabantur, rogabant me omnes prohi, ut af-
flictæ genti succurrerem. Veni, & cogno-
vi, in solis armis superesse remedium;
nam Frater meus impios quoque tuebatur,
secutus consilia eorum, qui Dominum suum
contemnebant, sub cuius nomine ipsi domi-
nabantur. Ergo invitus ad bellum con-
vertor; piis cæptis adspiravit cælum, &
victoriam dedit. Inde Legibus vigorem,
& Normanniæ tranquillitatem reddidi.
Ne vero fructus laborum meorum & bujus
gentis quies denuo periret, Frater meus
custodiæ tradendus fuit, ubi illo cultu, qui
Ducem Normanniæ decet, habetur, & nisi
filius ejus potestati meæ fuisset subtractus,
eum cum filio meo eodem affectu educari
curarem. Hujusmodi fuit Regis Angliæ
respondum, cui acquiescere Papa visus
est. Tum querelas Regis Franciæ etiam
memoranti Rex Angliæ suas quoque op-
posuit, & cum tandem Rex pacem se de-
poscere profiteretur, Papa nuncios ad Re-
gem Franciæ ejusque Barones misit, qui
Regis Angliæ respondum deferrent.
In hoc Colloquio Gisfortiensi, Rege
Henrico postulante, Papa omnes consue-
tudines, quæ ipsius parente regnante in
Anglia & Normannia viguerant, confir-
mavit, præcipue vero illud, ne Legatus
S. Sedis in Angliam mitteretur, nisi Rex
id

Edm. 5. No-
vor. p. 64.

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

id peteret, ad decidendam causam, quæ ab Episcopis Regni sui definiri non posset. Tum Papa Regem rogavit, ut in sui gratiam Turstaino ignosceret, eumque in Archiepiscopatum Eboracensem restitueret. Reposuit Rex, se edito juramento affirmasse, quod id nunquam, quoad viveret, pati vellet. Cui Callistus: *Papa sum, si facis, quod peto, ab hoc juramento te absolvam.* Dixit Rex, se de hac re suorum consilia exquisiturum; tuncque alter ab altero recessit. Sed Rex postea responsum ad Papam deferri jussit in hunc modum: *Dignitatis meæ esse non videtur, absolutionem, quam mihi offers, accipere. Quis enim deinceps Regi juranti fidem habeat, si ex meo exemplo viderit, quam facili negotio hujusmodi Sacramentum absolutione eludi possit? Nihilominus, cum Papa ardentem exoptet, Turstainum Archiepiscopum Eboracensem esse, ea conditione consentio, si Cantuariam veniat, & more Antecessorum suorum se subjiciat. Si id facere detrectet, nunquam, me in Anglia regnante, ipse Sedem Eboracensem obtinebit.* Turstainus, cum conditio neutiquam placeret, secutus est Papam, qui eum haud diu apud se retinuit, ne oneri esset. Rex vero nulla ratione moveri potuit, ut eum in quocunque suæ ditionis loco degere pateretur. Anselmo quoque, qui Sacræ Sedis Legatus

tus

tus dicebatur, nec in Angliam appellere, Sæcul. XII.
nec ullo Legationis susceptæ officio fungi A.C. 1119.
concessit.

§. XII.

Synodus Rotomagensis.

Geofridus Archiepiscopus Rotomagen-
sis, postquam a Concilio Remensi Ro-
tomagum rediit, effecturus ut Decreta
Pontificis servarentur, tertia hebdomada
Novembris, eodem anno millesimo cen-
tesimo decimo nono, Rotomagi Syno-
dum celebravit, in qua Presbyteris suæ
Diœcesis omne consortium feminarum
penitus interdixit, & in transgressores
terribilem anathematis sententiam tulit.
Cumque Presbyteri, grave onus detre-
ctantes, inter se mussitarent, & quidam
Albertus ceteris eloquentior causam pro
omnibus dicere cœpisset, eum Archiepi-
scopus comprehendit & in carcerem de-
trudi iussit, (Geofridus Brito erat, sæpe
indiscretus, opinionis suæ tenax, iracun-
dus, vultu gestuque severus, & multilo-
quus) ut vero alii Presbyteri fratrem
suum sine legitimo examine velut furem
ad carcerem trahi conspexerunt, subito
malo deprehensi ambigebant, an se tueri
vel fugere oporteret. Præsul furibun-
dus de Cathedra surgit, concitus exit e
Synodo, & satellites suos, qui iussi excu-
babant, advocat. Intranant illi Ecclesiam,
&

to 10. p. 881.
ex Orderic.
lib. 12.

Sæcul. XII. & in aliquot Clericos colloquentes ir-
A.C. 1119. ruunt, quorum aliqui ut erant Albis in-
 duti per cœnosos urbis vicos aufugiunt,
 alii arreptis podiis vel lapidibus, quos
 forte offendebant, repugnare conantur.
 Ergo cum Archiepiscopi milites plures
 socios accersunt, pugnatur, & Ecclesia
 Presbyterorum sanguine polluitur. Ca-
 nonici, civesque laïcorum commiseratio-
 ne tangebantur, nec sine gravi scandalo
 in tota Diœcesi Parochi, qui ex Concilio
 fugerant, acceptorum verberum stigma-
 ta parochianis, & concubinis suis osten-
 debant. Tanti tumultus fama ad Regem
 quoque pervenit, qui aliis negotiis inten-
 tus, vindictam distulit.

§. XIII.

Constitutiones Cistercienses.

Callistus Papa, soluto Colloquio Gifor-
 tiensi, in Burgundiam reversus est,
 ubi rogatus a Stephano Abbate Cister-
 ciensi confirmavit illius Ordinis Constitu-
 tiones, de quibus, sermone ad hunc Ab-
 batem directo, loquitur in hunc modum:
*Siquidem consensu & deliberatione com-
 muni Abbatum & Fratrum Monasterio-
 rum vestrorum & Episcoporum, in quo-
 rum Diœcesi eadem Monasteria sita sunt,
 quædam de observatione Regulæ S. Benedi-
 cti & de aliis non nullis, quæ Ordini ve-
 stro necessaria videbantur, Capitula sta-
 tuistis,*

Callist. ep. 2.

Exord.

Mag. p. 36.

tulistis, eaque ad majorem monasterii quietem, & Religionis incrementum auctoritate Apostolica confirmari petitis. Hæc Bulla Sodoloci, vigesima tertia Decembris, anno millesimo centesimo decimo nono, data est. Conjicere vero licet, Constitutiones in ea contentas, illam celeberrimam esse chartam, de Charitate dictam, eodem anno millesimo centesimo decimo nono editam, in quam Cisterciensis Regiminis fundamenta relata sunt. Inter alia prohibetur, ne privilegia Instituto contraria concedantur; Abbates vero ad Capitulum generale, singulis annis celebrandum, commeari jubentur. Ceterum Ordo Cisterciensis omnium primo Capitula generalia instituit, cujus rei exemplum deinde omnes ceteri secuti sunt.

Sæcul. XII.
A. C. 1119.

Exord. C.
sterc. p. 9.

§. XIV.

Bruno Archiepiscopus Trevirensis a Papa recipitur.

Callisto Papæ, Festum Natalis Domini Augustoduni celebranti, Bruno Archiepiscopus Trevirensis occurrit. Hic Præsul nunquam non Imperatori additissimus fuerat, olim etiam sub Regni exordia, id approbantibus Germaniæ Principibus, Henrici Tutor; sed Alberti Cancellarii, exinde Archiepiscopi Montisguntini, invidia offensus, Regis & Reipublicæ

Hist. Eccles. Tom. XVI. G g

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

publicæ curam a se depositam Principibus tradiderat. Nihilominus cum de Alberto, qui postea ab irato Imperatore in vincula coniectus fuerat, liberando ageretur, Bruno, injuriæ immemor, vadem se Henrico præstitit, nunquam deinceps Albertum quidquam contra Imperatoris salutem moliturum esse. Tandem fatali schismate inter Imperium & Sacerdotium jura omnia confundente, singularis Brunonis Archiepiscopi sapientia eluxit, quippe Catholicis semper unitus, simul Imperatori integerrima fide semper servit, & concordia, demum inter Imperatorem & Pontificem restituta, præcipuus Conciliator extitit.

p. 248.

Hoc igitur anno, ex quo ad Archiepiscopatus fastigium evectus fuerat, decimo nono, Romam proficisci constituit, petiturus a Pontifice, ut privilegia olim Ecclesiæ suæ concessa confirmaret, & reprimeret molimina Alberti Moguntini, qui tanquam Sedis Apostolicæ Legatus aliquam sibi in Trevirensis jurisdictionem competere asserbat, quamvis Archiepiscopus Trevirensis ex antiqua possessione nemini nisi soli Papæ, aut Legato a *Late-re*, id est, Roma missis, subeisset. Præterea Bruno querebatur contra Stephanum, Episcopum Metensem, Callisti Papæ nepotem, cui Pallium, salva tamen Archiepiscopi Trevirensis, ejus Metropolita,

Sæcul. XII.
A.C. 1119.

litæ, Jurisdictione, concesserat. Sed Stephanus, suprema avunculi sui Dignitate & favore elatus, Sedem suam Episcopalem in Metropolitanam erigi posse sperabat. Itaque Bruno, ut diximus, ad Papam, Augustoduni commorantem, perveniens, & humanissime exceptus, ibidem cum Pontifice Festa Natalitia Domini celebravit. Elapsis illis diebus, Papam Cluniacum comitantem secutus, ibidem Indulgentiam peccatorum suorum & confirmationem privilegiorum suæ Ecclesiæ, inprimis exemptionem ab auctoritate omnis Legati, excepto Legato a Latere, obtinuit. Hoc Decretum tertia Januarii anno millesimo centesimo vigesimo datum est.

§. XV.

Primatus Ecclesiæ Viennensis.

Callistus Papa Ecclesiam Viennensem quoque, in qua sederat, priusquam in Cathedra Romana collocaretur, singulari privilegio decorare constituit. Vienna jam diu Regni Burgundici Capit, & Archiepiscopus Viennensis ejusdem Regni Cancellarius erat, cui Rudolphus III. Rex anno millesimo vigesimo tertio illius urbis Comitatum donavit. Callistus vero Papa Ecclesiæ Viennensi Primatum in septem provincias contulit, data Bulla, ad Canonicos ejusdem

Marca de Prim. Lugd. n. 132. 133.



Sæcul. XII. Ecclesiæ directæ, in qua dicit: *Ecclesiæ*
 A.C. 1120. *itaque Viennensi omnem Dignitatem,*
 Call. ep. 3. *quam per authentica privilegia Antecesso-*
rum nostrorum Silvestri, Nicolai, Leonis,
Gregorii & ceterorum Romanorum Pon-
tificum, vel per Imperatorum, Regum,
aliorumque Fidelium largitionem accepit,
concedimus & confirmamus; ut videlicet
super septem provincias, Viennensem, Bi-
turicensem, Burdegalensem, Auxitanam,
Narbonensem, Aquensem, & Embrodi-
zensem, Primatum obtineat. In his pro-
vinciis Archiepiscopus Viennensis Romani
Pontificis vices agat, Synodales Conven-
tus indicat, & negotia Ecclesiastica desi-
niat. Tarantasiensis Archiepiscopus Vien-
nensi tanquam Primati suo obediat, Vien-
nensis autem nulli Legato, nisi Roma a La-
tere missõ, subsit. Hæc Bulla vigesima
sexta Februarii anno millesimo centesimo
vigesimo, Valentia, cum Papa in Italiam
iter faceret, data legitur.

Silvestri Papæ Privilegium, cujus in
 hac Bulla mentio fit, supposititium esse
 Ap. Bosc. 2. constat, nec aliud in eo præcipitur, quam
 p. 27. ut Episcopi ceterique Clerici, qui ex
 Gallia & septem provinciis venerint, li-
 teras Formatas ab Archiepiscopo Vien-
 nensi accipere teneantur. Septem pro-
 vincia a reliqua Gallia distinctæ antiquis
 nominibus designantur, & eadem sunt,
 quas Callisti Papæ Bulla recenset. Quod
 vero

vero ad provinciam Tarantasiensem, ab illis septem separatam, spectat, eam, vestigiis S. Leonis Papæ insistens, Viennensi subiecit. Porro cum inter Archiepiscopos septem illarum provinciarum duo, nempe Bituricensis & Narbonensis, jam antea Titulo Primatis gauderent, inde Archiepiscopus Viennensis occasionem se se Primatem Primatum dicendi captavit, qua formula hodieque utitur. Ceterum ejus Primatus semper simplex Titulus sine effectu fuit, qui sola hac Callisti II. Bulla, falsis opinionibus superstructa, quin Pars altera ad Judicium vocata fuerit, nititur, nisi quod Ecclesiæ Diensis & Vivariensis Metropoli suæ Arelatensi subtractæ & Ecclesiæ Viennensi, juxta numerum Suffraganeorum, in hac Bulla nominatorum, subiectæ fuerint.

§. XVI.

Callistus Papa Romæ.

Callistus iter suum profecutus Magalonom seu Montempessulanum pervenit, indeque ad S. Ægydium. Tum peragratis Provinciæ * partibus, & alpibus superatis Longobardiam attigit, & undique confluentibus populis, ut legitimus Papa, magno devotionis affectu exceptus est. Inde in Tusciam progressus, cum civitati Lucensi appropinquaret, milites obsequii & honoris causa occurrerunt,

G g 3 tum-

Sæcul. XII.

A.C. 1120.

Sup. lib.

XXVII.

S. 45.

* Provence.

Pandulf. ap.

Baron.

Sæcul. XII. tumque a Clericis & populo ad majorem
 A.C. 1120. Ecclesiam & Papale Palatium deductus
 est. Pisis quoque a civibus solemn
 pompa procedentibus receptus, Majo
 rem Ecclesiam consecravit. Cum fama
 Callisti adventum prævolans denuncia
 set, tota Roma lætitiã ingentem & ve
 hemens Patrem communem complecten
 di desiderium professa est. Quare Schis
 matici, Imperatori faventes, trepidabant,
 & Burdinus, intelligens se de insidiis ini
 micorum non esse securum, Sutrium,
 quam urbem Petro Leonis eripuerat, au
 fugit, & munimentis, auxilium ab Impe
 ratore sperans, se se inclusit. Romani
 milites trium dierum itinere Callisto Pa
 pæ obviam processerunt, & cum Urbi
 proximus esset, parvuli ex omni gene
 ris arboribus ramos decerptos portan
 tes, & laudes Pontificis maximi clamo
 re festivo decantantes, ingredientem
 comitati sunt. Papa coronatus Urbem
 intravit, quam aulæis dependentibus ci
 ves ornaverant, Latinis Græcisque mira
 concordia concinentibus, ipsisque Judæis
 applaudentibus. Tantus fuit inter so
 lemnes preces procedentium numerus,
 ut pompa, quæ tempore matutino duci
 cœperat, vix hora quarta pomeridiana
 clauderetur. Tandem Papa inter con
 suetas cantiones pro more a Senatoribus
 ad Palatium Lateranense deducitur. Hæc
 tertia

Goff. Vind.
V. ep. 3.
Epist. Egin.
to. 2. Canis.
p. 240.

tertia die Junii agebantur, mansitque Pa-
 pa Romæ saltem reliquo hujus mensis
 tempore, quoscunque in conspectum ejus
 venientes illa lenitate & Majestate, quæ
 virum Regio genere ortum decebat, reci-
 piens. Sed quia milite opus erat, quo
 Burdinum Antipapam ad deditiorem
 compelleret, in Apuliam perrexit, Nor-
 manorum opera & viribus usus. Pri-
 mo ad Montem Cassinum venit, cujus
 Abbas omnes sumptus, ad sustentandum
 Papam non solum in Monasterio, sed et-
 iam duobus ferme mensibus, quibus in
 illa regione versatus est, liberaliter sup-
 pedavit. Inde Callistus Beneventum
 divertit, quo Guilielmus Dux Apuliæ &
 Calabria ad eum veniens, homagium
 præstitit, eo more quo Robertus Guis-
 cardus Guilielmi avus, & Rogerius ejus
 parens, olim Summis Pontificibus fidem
 juraverant, eique Papa totius provinciæ
 Investituram, tradito vexillo, contulit.
 Ceterum diutius Papa Beneventi hæsit,
 quia Romam redire tuto non licebat ob
 crudelitatem Schismaticorum, qui com-
 meantes ad Pontificem capiebant, inter-
 ficiebant, mutilabant. Sed tandem iti-
 nere maritimo Romam reversus, ibidem
 Festa Paschalia anno millesimo centesimo
 vigesimo primo celebravit.

Sæcul. XII.
A.C. 1120.

Chron. Cass.
IV. c. 68.

Chro. Romu.
ap. Baro.

Goff. Vind.
V. ep. 3.

Pandulf.

Sæcul. XII.
A.C. 1120.

§. XVII.

Fundatio Præmonstratensis.

Interea S. Norbertus hyemem transegerat, apud Episcopum Laudunensem, qui eum in plures Valles, Silvasque deducebat, ut in aliqua eremo, quæ aridiffisset, sedem sibi deligeret. Norberto illa solitudo placuit, quæ *Præmonstratum* dicebatur, in qua parvum Oratorium S. Joanni Sacrum stabat, Abbatia Laudunensi S. Vincentii subiectum, & ob solitudinem sterilitatem pæne desertum. Quadam die simul Episcopus & Norbertus orandi causa illuc diverterant, atque Episcopus, videns noctem ruere, Norbertum monuit, ut cessaret; superesse enim viam unius Leucæ ituris ad prædium suum, quod Anissum dicebatur, ubi ambobus pernoctandum esset. Tunc vero Norbertus Episcopum rogare; abiret ipse cum familiaribus suis, se enim illa nocte in hoc Oratorio esse mansurum. Episcopus panem & alia necessaria transmisit rebus omnibus destituito, rediitque altera luce, ex ipso auditurus, quid statuisset. Cui Vir Sanctus lætissimus, *in hoc loco, inquit, habitabo, quia scio, hunc mihi a Deo destinari, & hic multos per Dei gratiam Salutem suam esse operaturos. Non in hoc tamen Oratorio permanebant, sed ad alterum montis latus sibi domum extruent,*

truent, ubi hac nocte magnam virorum, candidis vestibus, multitudinem, qui, psal-
lentes & Cruces argenteas, candelabra, & thuribula deferentes, locum istum circuibant, conspexi.

Episcopus Laudunensis gaudens Norberti propositum approbavit, tumque, contractu permutationis cum Abbate ad S. Vincentium inito, Norberto ejusque sociis locum *Præmonstratum* cum adjacentibus fundis donavit, quod cognoscimus ex tribus Chartis, anno sequente millesimo centesimo vigesimo primo datis, in quarum altera Bartholomæus Episcopus, postquam historiam hujus Fundationis narravit, de Norberto loquens subjungit: *Cupiebat cum Fratribus suis de labore manuum suarum vivere, sed quia id factu impossibile judicavimus, iis in quibusdam locis tantum terræ spatium dedimus, quantum tribus aratris verti potest.*

Paucis inde diebus elapsis, Norbertus Laudunum se contulit, & Rudolphi doctoris, qui celeberrimo viro Anselmo, fratri suo, illius Ecclesiæ Diacono, anno millesimo centesimo decimo septimo, ætate decrepita fatis functo, successerat, Scholam ingressus, ad ejus Discipulos orationem habuit, tanta vi dicendi, ut septem juvenes ceteris opulentiores, nuper ex Lotharingia advenas, converterit. Hi multas pecunias attulerant, quas cum

Sæcul. XII. Norbertus cuidam veterum sociorum
A.C. 1120. suorum custodiendas tradidisset, ille,
 cum auro noctu aufugiens, reliquos ex-
 trema paupertate pressos reliquit. Sub
vit. p. 832. veris initium Norbertus solus Camera-
 cum perrexit, ubi pro concione dicens
 juvenem lucratus est, nomine Evermo-
 dum, postea Episcopum Ratzeburgensem
 in Saxonia inferiore creatum, & Nivigel-
 læ alium juvenem ad frugem perduxit,
 nomine Antonium. Hi duo cum Hugo-
 ne, qui eum anno superiore secutus fue-
 rat, velut primæ Ordinis Præmonstra-
 tensis columnæ extiterunt. Anno hoc
 primo, videlicet millesimo centesimo vi-
 gesimo, tredecim Socios Præmonstrati
 numerabat. Brevi vero postea Discipu-
 los quadraginta rexit, cum aliquot Laicis,
 cœpitque de Regula, quam eis observan-
 dam traderet, deliberare. Complures
 suadebant, ut vitam Anachoreticam de-
 ligeret, alii ut Disciplinam Cistercien-
 sium sectaretur; sed cogitans se ipsum
 & Fratres suos esse Canonicos, S. Augu-
 stini Regulam amplexus est, quam dein-
 de omnes in Festo Natalis Domini anno
 millesimo centesimo vigesimo primo pro-
 fessi sunt. Placuit vero accipere ve-
 stem candidam, sed totam laneam, &
 nullo velamento, quod ex lino esset, te-
 gebantur nisi super omnia alia indumen-
 ta, & solum in Ecclesia. At femoralibus
 seu

seu caligis utebantur. Primi S. Norberti Discipuli in Spiritu humilitatis vestes vetustas & refartas novis præferebant, nullus erat tam vilis labor, quem subire detrectarent, silentium continuum, & jejunium omni tempore servabant, una ad diem refectio contenti. Tria præcipue inculcabat fratribus Norbertus, nitorem in Servitio Altaris, Erratorum emendationem in Capitulo, & in pauperes charitatem. Hæc Ordinis Præmonstratensis principia fuere.

§. XVIII.

S. Arnulphi Sueffionensis Canonizatio.

Bartholomæus Episcopus Laudunensis eodem anno millesimo centesimo vigesimo interfuit Concilio Belvacensi a die decima octava Octobris usque ad diem vigesimam nonam celebrato, Conone Episcopo Prænestino, Sacræ Sedis in tribus provinciis, Rotomagensi, Remensi & Senonensi, Legato, præsidente. Aderant Episcopi duodecim, Guilielmus de Campellis Episcopus Catalaunensis, quem illius ævi Scriptor Columnam Doctorum appellat, Geofridus Carnotensis, Henricus Aurelianensis, Girbertus Parisiensis, Petrus Belvacensis, Angelranus Ambianensis, Robertus Attrebatensis, Johannes Teruanensis*, Lambertus Tornacensis, Buchardus Cameracensis, Bartholomæus

Sæcul. XII.
A.C. 1120.

to. 10. Conc.
p. 882.

ex præf. to.
2. Spicil.

*Morinorum.

Sæcul. XII. Iomæus Laudunensis, Lisiardus Sueffio-
 A.C. 1120. nensis. Daimbertus Archiepiscopus Se-
 nonensis invitatus, morbo prohibitus,
 non venit. Ceterum hujus Concilii me-
 moriam acceptam ferimus 'soli Lisiardo,
 qui in vita S. Arnulphi Sueffionensis mo-
 dum narrat, quo Sanctis adscriptus fue-
 rit. Adfuit Arnulphus Monasterii Ol-
 denburgensis Abbas, quod monasterium
 Sanctus ille Episcopus condiderat, ferens
 manibus libellum de vita & miraculis
 ejusdem Episcopi Sueffionensis. Quem
 libellum Episcopus Lisiardus Sueffionen-
 sis accepit, & apertum Episcopis obtulit,
 dicens: *Ecce Domini libellus ipse, qui me
 conscio, meque auctore, de vita ejus con-
 scriptus est, quod vera sint omnia narrata,
 testimonium in sine perhibeo, de miraculis
 autem, & hic quosdam & domi plures te-
 stes omni exceptione majores exhibeo.
 Hunc libellum postulo a vobis diligenter
 lustrari, ut quid agendum sit cognoscatis.
 Si corpus in mea Diœcesi jaceret, pridem
 illud e terra levasssem.*

Tunc vero Episcopus Catalaunensis
 accepto libello, cum ex Syllabo prapo-
 sito Capitulorum ingentem numerum di-
 spiceret, ad Episcopum Tornacensem ait:
*Domine, quid amplius quæritis? absque
 libello, isto testimonium Domini Episcopi
 Sueffionensis, ejusque Clericorum, vobis
 sufficiat. Fidem etiam omnino meretur
 Abbas*

Abbas Venerabilis, cujus aetas & prudentia suspecta esse non potest. Nobis vero, qui Synodalibus negotiis occupamur, hunc libellum percurrere non vacat. Geofridus quoque Episcopus Carnotensis ad Episcopum Tornacensem ait: *Domine, per fidem meam affirmo: si Deus in gratiam alicujus ex Antecessoribus meis vel semel hujusmodi miracula edidisset, ego nec Papam, nec Legatum, nec Archiepiscopum consularem.* (*) Tum quidam nobiles Magistri scholarum, accepto Libello, aliquot gestorum capitula cursim perlegerunt; & redeuntes ad Episcopos magna fiducia dicunt: *Revera ex Deo non est, qui*

Sæcul. XII.
A.C. 1120.

(*) *Si Deus miracula edidisset &c.* Aus den Worten dieses Carnotensischen Bischofs erhellet, daß man in der Römischen Kirche niemals geglaubet, die Heiligen selbst aus eigener Gewalt, noch vielweniger ihre Kleider, wirkten Wunder, sondern daß sie Gott auf ihre Fürbitte wirke. Daher ist es eine Lasterung des Lutherischen Uebersetzers, wenn er in einer Anmerkung zum XXXIII. Buch, und 13. Abschnitt saget, der junge Heilige Placidus sey von dem Heiligen Vater Benedict im Christenthum so schlecht belehret worden, daß er geglaubet, der Schaafpelz, den Benedictus am Leibe hatte, hätte Mirakel gewürket. Dieser Protestant stellet insgemein einen erdichteten Aberglauben ins Feld, wenn er einen Zug wider die Katholicken vornimmt, und alsdenn streitet er heldenmüthig, *contra hostem non existentem.*

Sæcul. XII. *qui bujus Sancti Viri exaltationi contra*
A.C. 1120. *rius est.* Adjecit Guilielmus Episcopus

Catalaunensis: *Per Deum! turpe est, quod
 de re tam aperta dubitamus. Unde vos,
 Domine Episcopo Tornacensis, diem sta-
 tuite, qua ad ipsum locum conveniatis, &
 Sanctum Domini Servum de terra elevatum
 honorifice recondatis.* Respondit Episco-
 pus Tornacensis: *Ecce Legatus in hac ipsa
 Basilica cum nostro Archiepiscopo Remensi
 & Turonensi eminus residet, rogo vos, pla-
 ceat ad eos venire, & vestram Sententiam
 illorum judicio confirmare.* Episcopi di-
 xerunt: *In Nomine Domini fiat, & Epi-
 scopus Tornacensis ad Catalaunensem:
 Rogo; agite causam meam.* Cumque il-
 le paucis quidem sed facunde causam di-
 xisset, Legatus & Archiepiscopus Remen-
 sis una voce responderunt: *Judicium ve-
 stræ auctoritatis suscipimus, & Decretum
 vestri consensus roboramus.* Ergo Epi-
 scopus Lambertus advocans Abbatem
 Oldenburgensem diem designavit, qua
 omnes in ejus Monasterio ad levandum
 solemnem ritum Sancti Viri corpus conve-
 nirent, nempe prima Maji anno sequen-
 te millesimo centesimo vigesimo pri-
 mo. Quod deinde, confluyente finitimo-
 rum magna multitudine, exsecuti sunt.
 Hoc modo S. Arnulphi Sueffionensis Ca-
 nonizatio peracta est.

§. XIX.

Sæcul. XII.

A.C. 1120.

Eadmerus Archiepiscopus Sancti Andree eligitur.

Eodem anno millesimo centesimo vigesimo Rudolphus Archiepiscopus Cantuariensis, ex Normannia in Angliam rediit, Legatos Alexandri Regis Scotiæ excepit, afferentes epistolam, qua rogabatur in Scotiam mittere Eadmerum monachum, in Sede Episcopali S. Andree, jam diu vacante, collocandum. Credidit Archiepiscopus, Divino nutu Eadmerum vocari, quem non modo Episcopatum non ambire, sed ne quidem cogitare, certissime noverat; quippe Eadmerus Rudolpho Archiepiscopo, sicut antea Anselmo, semper ab obsequiis fuerat. Eum itaque, impetrata a Rege Angliæ licentia, in Scotiam dimisit; cumque illuc ad Regem pervenisset, a Clericis populoque illius Regionis Episcopus ad S. Andream, consentiente Rege, electus est; verum nec pedum, nec annulum ab eo accepit, nec homagium præstitit. Sed altera die cum Regi dixisset, rediturum se esse Cantuariam, ut ibi ab Archiepiscopo consecraretur, quod illa Ecclesia Primatum in tota magna Britannia teneret, loquentem Princeps offensus reliquit, dicens, se passurum non esse, ut Ecclesia S. Andree Cantuariensi Archiepiscopo subjiceretur.

Mox

Sæcul. XII. Mox etiam Guilielmo S. Edmundi Monacho præcepit, ut sicut antea, dum vacabat, rem temporalem hujus Ecclesiæ curaret, sicque Eadmerum, quem paulo ante investierat, spoliavit. Elapso tamen uno mense eidem Episcopatum & Regimen Ecclesiæ Scotiæ reddidit; tuncque Eadmerus Pedum pastorale de Altari, tanquam de manu Dei, tulit.

Inter hæc Turstainus, Archiepiscopus Eboracensis in Regionibus transmarinis versatus, & ad impetrandam restitutionem intentus, cum sibi jus esse Episcopum S. Andreæ consecrandi existimaret, datis ad Archiepiscopum Cantuariensem literis, ne eum ordinaret, atque ad Regem Scotiæ, ne id fieri pateretur, postulavit. Quæ dissidia haud parum auctoritati Episcopi Neo-electi nocuerunt, & Regis Scotiæ animum exacerbarunt. Unde intelligens Eadmerus, operam suam, Rege offenso, in hoc Regno nihil esse profuturam, Cantuariam redire statuit, Archiepiscopi & amicorum consilium exquisiturus. Verum abeundi licentiam Rex denegavit: affirmabat enim, Regnum suum nullatenus Ecclesiæ Cantuariensi subesse, sibi que petenti, Eadmerum ab omni illius Ecclesiæ Jurisdictione liberum fuisse transmissum. Unde Eadmerus Episcopum Glascoviensem, duosque

mona

monachos Cantuarienses, itineris ex Anglia in Scotiam socios consuluit. Qui, explorato Regis animo, dixerunt: *Nunquam pacem habebis, regnante hoc Principe, perspecta nobis est ejus indoles, solus omnia esse vult in Regno suo, alterius potestatis cujuscunque impatiens. Odit te, nescius cur oderit, nec ulla spes est, te unquam simpliciter in gratiam redire posse. Ergo vel tibi hic omnia relinquenda sunt, vel vita inter Scotos probrose transigenda, eorum consuetudines, contra Salutem animæ tuæ, erunt approbandæ. Sed abire Rex nunquam permittet, nisi ei annulum & Pedum reddideris.* Eadmerus alterum eorum, quæ suadebant, faciendum sibi ratus, reddidit Regi annulum, quem de manu ejus acceperat, & Baculum super Altare, unde eum tulerat, reposuit. Ita relicto Scotiæ Regno Cantuariam revertentem Archiepiscopus & monachi maximo amicitia affectu complexi sunt.

§. XX.

Concilium Naplufinum.

Interea Regnum Jerosolymitanum, jam quadriennio multis calamitatibus pressum, præsertim a locustarum inexpugnabili multitudine & fame vexabatur, quibus malis ut mederentur Gormundus Patriarcha & Balduinus Rex Comitum generalia Prælatorum & Principum hoc anno.

Hist. Eccles. Tom. XVI. H h no

Guil. Tyr. lib. 12. c. 13.

Sæcul. XII. no 1120. Naplusi, seu Neapoli Palæsti-
 A.C. 1120.

nae, quæ est vetus illa Samaria, convo-
 carunt. Præsules adfuere Gormundus
 Jerosolymitanus, Ebreminus Archiepi-
 scopus Cæsariensis, Bernardus Episcopus
 Nazarenus, *Asquitil* Bethlehemiticus,
 Id. XI. c. 12. cujus Sedes Episcopalis anno millesimo
 centesimo decimo, auctore Rege Baldui-
 no, erecta fuerat. Præterea advene-
 rant Rogerius Episcopus Lindensis, Gil-
 do Abbas de Valle *Josaphat*, Pe-
 trus Abbas de monte *Tabor*, Achar-
 dus Prior Templi, Arnaldus Prior de
 monte Sion, Gerardus Prior S. Sepulchri,
 & complures Optimates. (*) In eo Con-
 cilio Episcopi pro Concione dicentes po-
 pulum vehementer exhortabantur, ut
 mores peruersos emendarent, & iratum
 Deum placarent. Conditi quoque sunt
 Canones viginti quinque, ad Disciplinam
 Ecclesiasticam spectantes; qui vero us-
 que ad nos non pervenerunt.

§. XXI.

Abaelardus condemnatus.

In Francia Petrum Abaelardum, Docto-
 rum celeberrimum, cum Librum de
 Trinitate scripsisset, duo alii Doctores
 Albericus & Lotulfus, quondam ipsius in
 schola

(*) In Actis nihil de Priore Templi legitur,
 nec nomen Arnaldi, sed tantum: *Achardus Prior*
montis Sion.

schola Sodales, qui tunc Remis docebant, Sæcul. XII.
 ad Archiepiscopum suum Rudolphum A C. 1120.
ridem detulerunt, qui, consentiente Co- Abelard. de
 none Legato Episcopo Prænestino, Con- Calamit. c. 9.
 cilium Sueffione celebrandum indixit; to. 10. Conc.
 Abaelardus vero cum Libro suo venire p. 885.
 jussus est. Hoc Concilium inchoatum
 est anno millesimo centesimo vigesimo
 primo, post obitum Episcopi Catalaunen-
 sis Guilielmi de Campellis, mense Janua-
 rio, eodem anno, defuncti. Abaelardus, Mabill. ad
 Sueffionem perveniens, populum contra ep. 3. S. Ber-
 se usque adeo irritatum habuit, ut parum nard.
 abfuerit, quin, cum paucis ex discipulis
 suis, prima sui adventus die, lapidaretur.
 Nam aliqui eum accusabant, quod tres Otto Fri-
 Deos prædicasset & scripsisset, contra sing. Frid.
 alii, quod Sanctæ Trinitatis Personas non c. 47.
 satis distingueret, & diceret: *Sicut*
PROPOSITIO, ASSUMPTIO, & CON-
CLUSIO; eadem Oratio est, ita Pater
Filius & Spiritus Sanctus eadem Essentia
est. (*) Abaelardus illico ad Legatum
 H h 2 acces-

(*) In hac Abaelardi propositione unitas qui-
 dem Essentiæ in Divinis, non Distinctio perso-
 narum satis exprimitur. De Abaelardo S. Ber-
 nardus epist. 189. ad Innocentium Sum. Pont.
 ait: *Neceffe est, ut veniant scandala: neceffe est,*
sed non suave. Et ideo dicit Propheta: Quis
dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, &
requies-

Sæcul. XII.
A.C. 1121.

accessit, eique Libellum inspiciendum & judicandum tradidit, affirmans, si aliquid scripisset, quod a Catholica Fide dissentiret, paratum se esse ad illud corrigendum. Legatus autem ei præcepit, ut Libellum Archiepiscopo, & duobus Doctoribus Alberico & Lotulfo, nempe quos Abaelardus pro æmulis suis habebat, offerret. Ceterum ad finem Concilii Libri ipsius examen dilatatum est.

Extrema vero Concilii die, priusquam Episcopi considerent, Legato cum Archiepiscopo, duobus illis Doctoribus & quibus

* Schisma Pe-
tri Leonis.
** Abaelar-
dum.

requiescam? Et infra: Hoc frigore refrigescit Charitas, ut abundet iniquitas. Leonem evasimus, sed incidimus in Draconem**, qui non minus forsan noceat sedens in insidiis, quam ille rugiens de excelso, cujus virulenta folia utinam adhuc laterent in scriniis, & non in triviis legentur. Et iterum: De Arcano Sanctæ Trinitatis non simpliciter nec sobrie disputatur &c. Et in epist. 190. Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se, & populum, qui sibi credit, habet, necesse est, ut huic contagio celeri remedio occurratis. Sero enim medicina paratur, cum mala per longas invaluerit moras*... Tibi commissa est Sponsa Christi, Amice Sponsi; tuum est tandem uni Viro Virginem castam exhibere Christo. Et in epist. 192. Expedi illi etiam homini, ut ei silentium imponatur, cujus maledictione os plenum est & amaritudine & solo.*

* Ovid.

quibusdam aliis viris de Libro Abaelardi Sæcul. XII. A.C. 1121.
 diu deliberante, Geofridus Episcopus Carnotensis, qui ceteris Præfulibus auctoritate præcallebat, ita exorsus est: *Nostis hujus hominis doctrinam & ingenium, nostis quantus sit ejus Sectatorum numerus. Nullus ergo ipsi præbeatur prætextus dicendi, quod inauditus damnatus fuerit, sed interrogato de doctrina Libri sui libere respondere liceat, ut convictus vel confessus penitus obmutescat.* Quo audito alii exclamarunt, disputando vinci non posse hunc Sophistam, finem dicendi nunquam facturum. Tum idem Episcopus aliam viam tentandam proposuit, nempe causæ hujus discussionem & sententiam remittendam esse ad amplius Concilium, in Francia in Monasterio S. Dionysii, ubi Abaelardus monachum professus fuerat, celebrandum. Assensit huic consilio Legatus & ceteri omnes. At Archiepiscopus Remensis ratus, sibi valde ignominiosum fore, si a suo ad aliud forum hæc causa transferretur, & Ecclesiæ periculosum, si accusatus sic evaderet, ad Legatum se contulit; quo in colloquio statutum, Librum sine alia inquisitione esse damnandum, & in conspectu omnium comburendum, Abaelardum vero in alio monasterio perpetuæ custodiæ tradendum; ajebant enim, ad damnandum hunc Librum sufficere, quod

H h 3 Auctor

Sæcul. XII. Auctor hæc dogmata publice exponere &
A.C. 1121. Manuscriptum suum aliis describendum
 dare ausus fuisset, nec Papæ, nec Ecclesiæ
 auctoritate approbatum. Episcopus Car-
 notensis, Abaelardo, quid de ipso decre-
 tum fuisset, retulit, & vehementer hor-
 tatus est, ut eo lenius hoc toleraret, quo
 firmitus sperare posset, Legatum, soluto
 Concilio, post paucos dies ipsum penitus
 liberaturum esse.

Vocatus igitur ad Concilium Abaelar-
 dus propria manu memoratum librum
 suum in ignem conjicere compellitur. Di-
 cebat vero aliquis Abaelardum in suo li-
 bro affirmare, solum Deum Patrem Omni-
 potentem esse; alique contra adnota-
 bant, unum esse Omnipotentem, quam-
 vis Omnipotentia singulis Personis Divi-
 nis seorsum nominatis conveniat. Tunc

Abaelardus
 Librum
 comburens. Archiepiscopus monuit, e re fore, ut
 Abaelardus Fidem suam profiteretur,
 cumque ad exponendum quod sentiebat
 surgeret, dixerunt aliqui, nihil aliud esse
 necessarium, quam ut Symbolum Atha-
 nassii recitaret, quod etiam legere iustus
 est, ne quis de ejus vitæ dubitare posset.
 Legit ipse inter suspiria, singultus, & la-
 crymas, ut potuit, & inde Abbati S. Me-
 dardi Sueffione traditus, ad Claustrum
 tanquam ad carcerem pertrahitur. Sta-
 timque Concilium solvitur. Hæc mihi
 in narratione, quam ab ipso Abaelardo &
 de

de se ipso habemus præ ceteris verisimi-
lia visa sunt, nam eum nimis vehemen-
ti affectu laborasse constat, quam ut ex
toto fidem facere possit.

Sæcul. XII.
A.C.1121.

In iis vero, quæ de sua desperatione
narrat, omnino fidem meretur Abaelar-
dus, cum dicit: *Abbas autem & Mona-*
chi S. Medardi arbitrantes me semper cum
ipsis remansurum, summa exultatione ve-
nientem susceperunt, omni obsequiorum
genere foverunt, & consolari adlabora-
runt; sed frustra, novisti enim, Domine!
heu! quanta cordis amaritudine tibi ipsi
irascibar! quanto furore te accusare au-
sus fui! verba mihi non supersunt, quibus
dolorem meum, pudorem, desperationem
satis explicem. His subjungit: *Legatus,*
statim penitentia ductus, post aliquot dies,
ratus se æmuloꝝ meoꝝ invidia satisfac-
ecisse, me de alieno monasterio liberatum
ad proprium remisit. Nempe Sancti Dio-
nyssii. Jam vero narrare oportet, quis
Abaelardus fuerit, & quæ vitæ ejus adjun-
cta; eaque potissimum ex propriis ipsius
Scriptis accipiemus.

ep. I.

§. XXII.

Petri Abaelardi exordia.

Petrus Abaelardus anno millesimo se-
ptuagesimo nono in finibus Britan-
niæ in oppido, vulgo *Palais*, tribus leu-
cis Nanneto distante, primo lucem aspe-

H h 4

xit.

Sæcul. XII.
A. C. 1121.

xit. Parens ejus, nomine Berengarius, literis saltem leviter tinctus, priusquam ipse Equitum Ordini adscriptus fuisset, filios omnes, antequam armis accingerentur, literis operam dare voluit. At Abaelardus, armorum tumultum fugiens, totam se Musis tradidit. Singulari diligentia Dialecticæ studuit, cujus amore varias provincias peragravit, quocumque eum optimorum in hac arte Magistrorum fama trahebat. Inter primos Præceptores habuit Roscelinum Compendiensem, quem complures errores celebratum effecerunt. Parisios vero venit Abaelardus circa annum millesimum centesimum, seque Guilielmi Campellensis, quo tunc nullus in Dialectica excellentior credebatur, discipulum professus est. Cum eo conversatus, amorem ipsius sibi initio conciliavit; sed deinde continuus disputandi pruritus & obstinatio invisum reddiderunt. Ergo Abaelardus, licet juvenis, Scholam regere cœpit, & primo Meloduni sub quorundam Dynastarum in illa regione tutela docuit. Verum postquam Guilielmus Campellensis ad Monasterium S. Victoris se recepit, Abaelardus secundo ipsum Magistrum, artem bene dicendi docentem, auscultavit. Postea autem, videlicet circa annum millesimum centesimum decimum tertium, Cathedram Dialecticæ in monte S. Genesæ,

Duchesne
Not. ad Abaelard p. 1143

Sup. lib. LXIV. §. 4.

Sup. lib. LXVI. §. 26.

vesæ, illa ætate adhuc extra muros Lu-Sæcul. XII.
 tetiæ Parisiorum posito, sibi erexit. A.C. 1121.

Guilielmo ad Episcopatum Catalaunensem promotum, Abaelardus Laudunum se contulit, Theologiæ operam daturus, sub Magistro Anselmo, cujus Discipulus Guilielmus Campellensis, pluresque alii *Marlot. Mé-*
 viri, sane maximi, fuerant; quippe in *trop. R. to. 2.*
 eorum numero Matthæus, postea Cardi- *p. 284.*
 nalis Episcopus Albanensis, Albericus Remensis & exinde Archiepiscopus Bituricensis, Guilielmus Archiepiscopus Cantuariensis, Gilbertus Porretanus Episcopus Pictaviensis, recensentur. Ceterum Abaelardus, contempto Anselmo, viro ob ætatem & Doctrinam venerabili, quasi sponsione certans, explicare Sacram Scripturam, cui non studuerat, aggressus est. Quare eum Lauduno pellere coactus est Anselmus, ne omnes crederent, hunc suum Discipulum ex ore Magistri tam noxios errores hausisse. Inde Abaelardus Parisios reversus, sicut antea Dialecticam & Theologiam docuit, per multis confluentibus Discipulis, quos argumentorum subtilitas & sermonis elegantia capiebat. Ipse ditescere, famaque eruditionis in remotas oras pervadebat. Sed tanta prosperitas incautum in ruinam impulit.

Cum bonorum morum Abaelardo ultima esset cura, gloriæ inanis cupiditate

H h 5 &

Sæcul. XII.
A C. 1121.

Abaelardi
lascivia.

& voluptatis desiderio, quod huc usque represserat, abripi se passus, libidinosos oculos in Heloissam, Fulberti cujusdam Canonici Ecclesiæ Parisiensis neptem, conjecit. Erat vero Heloissa mediocri corporis forma, sed supra sexum docta, cupiebatque præterea Avunculus eam ad majorem eruditionem promovere. Itaque hac occasione Abaelardus in rem suam solertissime usus, Fulberto, homini avaro, per amicos pacta offerri curavit, ut ipsum in domum suam quocunque vellet pretio susciperet, ne domestica familiæ cura, inquietabat, ipsum a studiis avocaret, & vicinæ opportunitate uteretur; nam domus Canonici Abaelardi Scholæ junctæ erat. Fulbertus lætissimus annuit, & Neptem suam ampliore literatura imbuendam Abaelardo tradidit, qui cum puellæ non repugnantis animum facile sibi conciliaffet, exoptata licentia potitus est. Non sefellit plurimorum conjecturam occulta lascivia, Abaelardi discipuli negligentem & tepidum in docendo deprehendebant, & tandem omnium ultimus Fulbertus, qui de hospitis sui castitate nullatenus dubitabat, infamiam suam cognovit.

Ergo errorem dedoctus Abaelardum probrose e domo ejecit, cui post exiguum temporis spatium Heloissa, maximo lætitiæ sensu, se amoris mutui fructum in utero

utero gestare per literas significavit. Ipse ^{Sæcul. XII.} consentientem nocte quadam, cum abef. ^{A.C. 1121.} set avunculus, furtim sublatam in patriam suam ad sororem misit, in cujus domo filium peperit, eumque Astrolabium nominavit. Abaelardus, ut placaret Avunculum, qui ob ereptum nepti suæ pudorem, & clandestinum recessum, ingenti ira exarserat, promisit, se Heloissam in matrimonium accepturum esse, si modo res clam omnibus perageretur, ne famæ jacturam subire cogereetur. Cumque conditio Fulberto placuisset, destinata exsequi statuerunt. Itaque Abaelardus in Britanniam * proficiscitur, futu- * Minorem. ram uxorem Parisios reducturus; at illa necdum eo adduci poterat, ut in connubii vincula consentiret, tum quod inglorium Abaelardo futurum esset hoc matrimonium, tum quod virum Sapientissimum in solius Philosophiæ amplexibus quiescere oporteret. Præterea quæcunque argumenta maxime plausibilia in veteribus sive Ecclesiasticis, sive profanis Scriptoribus legerat, congeffit, ut Dilectum suum a nuptiarum proposito amoveret. (*) Sed non persuasit; quare
cam

(*) Non injucunda lectu sunt argumenta, quibus hæc pellex amicum suum Abaelardum a nuptiarum legitimarum consilio dimovere conata est.

Sæcul. XII. A.C. 1121. eam Parisios clam reduxit, & summo mane in quadam Ecclesia, præfente Avunculo & paucis testibus, Benedictio-
ne nuptiali conjuncti sunt. Quo per-
acto, in diversa abierunt, atque raro &
secreto postea convenerunt.

Verum Fulbertus, ut honori suo con-
fuleret, brevi matrimonium, quod dissi-
mulare, data fide, promiserat, divulga-
re cœpit, cumque Neptis ejus id palam
atque addito juramento muliebri impu-
dentia negaret, eam multis contumeliis
afficie-

est. Inter alia dicit; indecorum viro fore, uni se
feminæ dicare, quem omnibus natura creasset
(tali indole, ab omni zelotipia & invidia alie-
nissima, inter Mahometanos in Turcia nasci de-
buisset hæc femina) tum etiam, molestiis maxi-
mis stipatum esse matrimonium, & Theophrasto
teste uxorem non esse ducendam viro Sapien-
ti, tandem Ciceronem rogatum ab Hircio, ut
post repudium Terentiæ sororem ejus duceret,
dixisse, se non posse uxori & Philosophiæ pari-
ter operam dare. In secunda epistola ad Pe-
trum suum dicit muliebri levitate: *Et si uxoris
nomen Sanctius ac validius videtur; dulcius
mihi extitit amica vocabulum, aut si non indi-
gnaris, Concubinæ vel scorti. . . . Deum te-
stem invoco, si me Augustus, universo præsidens
mundo, matrimonii honore dignaretur. . . . Cha-
rius mihi est dignius videretur tua dici mere-
trix, quam illius Imperatrix.* Natalis Alex. ad
Sæc. XII.

afficiebat, quibus ut eam eriperet Abaelardus ad Monasterium Argenteoli prope Parisios misit, in quo olim puellula educata fuerat, ipsique ut Monasticis vestibus, excepto velo, indueretur, auctor fuit. Tunc vero Fulbertus ejusque Consanguinei, arbitrati, sibi illuisse Abaelardum, eamque Monialibus adscripsisse, ut se hoc pacto ab ea expediret, injuriam ulturi, postquam aliquem ex ejus familia data pecunia corrupissent, noctu in ipsius cubiculum admissi, dormientem pudendo & acerbo vulnere spadonem effecerunt, ne unquam deinceps Virgines comprimeret, sed continentiam vel invitum servaret. Hujus rei fama altera die per urbem sparsa, amici, tunc sane importuni, ad castratum convolant, & pudorem non ferenti solatium afferre conantur, ipso malo intolerabilius. Tandem magis probri impatientia, quam Religionis amore impulsus, ad monastici claustrum latibulum confugit, & Heloissæ ut exemplum sequeretur persuasit. Ipse in Abbazia S. Dionysii sacrum suscepit habitum, illa vero Argenteoli mansit, & Monialem professæ est, Romanæ ex antiqua Gentilitate Heroinæ, quam mulieri Christianæ & pœnitenti similior. Quippe inter cæremonias rei tam seriæ Lucani versus recitavit, quibus Poeta inducit Corneliam, neminem Pompeji, Conjugis sui, desientem, se

Sæcul. XII.

A.C. 1121.

Abaelardus

Eynuchus.

Phars. 8.

vers. 95.

se

Sæcul. XII. se ipsam miserandi exitus auctorem ac-
 A.C. 1121. cusantem, & dicentem, se jam a se ipsa
 perditæ conjugis pœnas exigere. Hæc
 elocuta Heloissa, tota lacrymis madens,
 ad aram accedit, & Velum ab Episcopo
 benedictum accipit.

Vix dum ab inflicto vulnere conva-
 luerat Abaelardus, cum eum complures
 Clerici adeunt, rogantque, ut iterum
 scholam regendam susciperet, atque ob-
 lata opportunitate docendi, sine alia cura
 & sine avaritia, uteretur. Abbas mona-
 chique San. Dionysiani consenserunt, læti,
 quod occasio nasceretur se se ab homine
 expediendi, qui ipsorum vitæ licentiam
 liberrime vituperabat. Ergo Abaelardum
 ad Prioratum Devilanum, suo Monaste-
 rio subjectum, dimiserunt. Aperta ve-
 ro Schola tot confluxere Discipuli, ut &
 diversoria & commeatus deficerent; ex
 omnibus enim Ecclesiæ Latinæ Regioni-
 bus quin ab ipsa urbe Romana non nulli
 adveniebant. Præprimis Theologiæ va-
 cabat, utpote studio monasticæ professio-
 ni magis congruo, Artes tamen Libera-
 les non negligebat, quas ab eo edoceri
 Discipuli ferventius expetebant. Cete-
 rum Abaelardus annos vitæ circiter qua-
 draginta, cum ad S. Dionysium Mona-
 chum induit, & cum in Concilio Sueffio-
 nensi condemnatus est, quadraginta duos
 numerabat.

§. XXIII.

§. XXIII.

*Burdini Antipapæ exitus.*Sæcul. XII.
A. C. 1121.

Inter hæc Callistus Papa, Festis Paschali-
libus Romæ celebratis, & Joanne Cre-
mensi, Cardinali S. Chryfogoni, cum va-
lido exercitu ad obsidendum Sutrium
præmissis, strenue secutus est. Sutrini, cum
quaterentur eorum mœnia, Burdinum
Antipapam captum Callisti militibus tra-
dunt, qui conviciis proscissum, obversa
facie camelo imponunt, cujus caudam
pro fræno ejus manibus inserunt, pelle
vervecis cruenta humeros, loco purpu-
ræ Papalis, tegunt. Tum eximiæ altitu-
dinis equo insidere jussum in Civitatem
Romanam deducunt, terribili exemplo
futurum omnibus, qui Sacram Sedem in-
vadere auderent. Quin etiam populus
Burdinum ad satietatem irrisum interfe-
cisset, nisi miserum e furentium manibus
Callistus Papa eripuisset, quem deinde
Monasterio Cavensi ad agendam pœni-
tentiam inclusit. Inde eum anno sequen-
te Janulam misit, indeque iterum evoca-
tum Honorius Callisti Successor in Arcem
Fumonis prope Alatrium transferri jussit,
ubi tandem ex hac vita decessit. Hunc
tristem exitum sortitus est Mauricius Bur-
dinus, postquam Papæ nomen annis tribus
gessisset, cujus viri merita non erant nul-
la. Burdino capto, Callistus Papa ad
Episco-

*Pandul. &
al. M. S. ap.
Baro. 1121.**Baluz. vit.
Burd.*

Sæcul. XII. Episcopos, cunctosque Galliarum Fideles
A.C. 1121. epistolam dederat, in hunc modum:

to. 10. Conc. p. 894. *Nuper, Festis Paschalibus celebratis, cum diutius clamores peregrinorum & pauperum ferre non possemus, cum Ecclesie Fidelibus Roma digressi tandem Sutrinam urbem obsedimus, donec omnipotentia Divina Burdinum in nostram potestatem tradidit. (*)* Quæ epistola vigesima septima Aprilis data est, Pascha autem in diem decimam inciderat. Ne vero tantæ rei memoria periret, Callistus Papa in quadam aula Palatii Lateranensis pingi imaginem iussit, in qua Burdinus sub pedibus ejus conculcatus conspiciebatur.

Pandulf. Ceterum Callistus Papa Romæ pacem, & tranquillitatem Reipublicæ restituit. Turres Cencii Frangipanis, aliorumque minorum gentium Tyrannorum demolitus est, & quorundam Comitum, Bona Ecclesie diripientium, insolentiam *Malmesb. V. Reg. p. 169.* compescuit. Via Romam ducens aperta erat, & Peregrinis illuc pervenientibus nemo molestus existere audebat. Oblationes ad limina Apostolorum delatas

(*) Rerum Romanarum & Ecclesiasticarum studiosus Lector facile notabit, validum exercitum mittere, & urbem obsidere, non Episcopi, sed Romani Pontificis, jam illa ætate utrumque Principatum Sæcularem consecuti, opus fuisse.

tas superioribus annis Romanorum potentissimi auferebant, nec ideo Pontificibus Callisti Antecessoribus mutire licebat; at ipse dona Fidelium in suam reduxit potestatem, quas pro necessitate Ecclesiæ impendit. Nulla vero avaritiæ suspicio in Callistum cadebat, Anglis enim suadere auditus est; irent potius, piæ peregrinationis causa, ad S. Jacobum quam Romam, ob longitudinem itineris, eandemque Indulgentiam illis concedebat, qui bis Compotellam, ac qui Romam semel, commearent.

Sæcul. XII.
A.C. 1121.

§. XXIV.

Ecclesiæ Senonensis Libertas.

Rex Franciæ accepta a Papa epistola, ex qua captum fuisse Burdinum edocet, gratulabundus dedit responsoriam in qua dicit: *Pater dulcissime, cum Sententiam, in Archiepiscopum Senonensem latam, relaxasti, animum nostrum ex parte mitigasti, sed quoniam ad tempus est relaxata, suspensum vehementer ac dubium reddidisti. Videtur enim aliqua adhuc vincendi spes superesse Archiepiscopo Lugdunensi. Ut autem verum fatear, potius regni nostri totius incendium, ac capitis periculum, quam subjectionis hujus opprobrium sustinere malle.* Tum obsequia a Franciæ Regibus Ecclesiæ Romanæ præstita commemorat, seque ipsum, uti

to. 10. Cont.
p. 875.

Hist. Eccles. Tom. XVI. I i hō-

Sæcul. XII.
A.C. 1121.

honorem Pontifici exhiberet, quamvis
gravi laboraret infirmitate, ad Remense
Concilium accessisse. Et prosequitur:
*Si quid igitur apud te valet amor noster,
conservet Ecclesia Senonensis libertatis jus,
quo hucusque fruebatur, & per te non fiat
ancilla, subjectione novissime & impruden-
ter excogitata; Hæc enim clam, furtim,
& Clericis Senonensibus, Episcopis illius
provinciae, & Rege insciis, qui Ecclesi-
sticæ Libertatis Assertores sunt, statuta
fuisse dicitur. Dignitas ista Ecclesiæ est,
non Personæ, si igitur Archiepiscopus de
quodam jure decrevit, quod in ipsius non
erat potestate, si promisit, quod promitte-
re non debebat, Ecclesia tamen Senonensis,
quod suum est, non amisit, nes antiqua
libertate privata est. His igitur ita se
habentibus, cave, dulcissime Pater, ne Ci-
vitas Lugdunensis, quæ in alieno est regno,
de nostro floreat detrimento, & dum me
Principi amico subicere vis, inimicos ef-
ficias. Si Rex Francorum in levi peti-
tione contemnitur, nulla spes est, majora
impetraturum, & repulsam Dignitati
suae indecoram timens, nihil amplius petet.
Nempe illa ætate urbs Lugdunensis, Re-
gni Burgundici pars, Imperatori parebat.*

* in Actis
Conc.

§. XXV.

Conventus Herbipolensis.

In Germania Henricus Imperator, cum
statuis.

statuisset, urbem Moguntinensem, sibi Sæcul. XII.
 rebellem, armis ad officium compellere, A. C. 1121.
 missis undique ad Principes mandatis Ab. Ursper.
 eam obsidere parabat. Contra vero Al- an. 1121.
 bertus Archiepiscopus in Saxonia, quod
 confugerat, nihil intentatum relinque-
 bat, ut eandem civitatem servaret, &
 quia jam diu potestate Legati Apostolici
 munitus erat, sæpe conventus Episcopo-
 rum Principumque illius provinciæ con-
 vocabat, in quibus totam, qua pollebat,
 eloquentiæ vim adhibebat, ut omnes Ca-
 tholicos ad succurrendum Moguntiaë,
 Germaniæ Metropoli, excitaret. Con-
 silia quoque agitabantur, de Episcopo Spi-
 rensi, Episcopo Wormatiensi, aliisque in
 Sedes suas restituendis, qui ideo expulsi
 fuerant, quod fidem Papæ servarent.
 Mense Junio exeunte exercitibus hostili-
 bus, altero in Saxonia, altero in Alsatia in
 castris degentibus, in omnibus Ecclesiis in-
 dicebantur jejunia, & populi inter preces
 publicas procedebant. Implevit Domi-
 nus Fidelium vota, & corda Principum
 direxit, nam cum infestæ acies prope in
 conspectum pervenissent, missi sunt ex
 utraque parte viri pietate & sapientia
 præstantes, qui colloquerentur, & de fœ-
 deribus pacis tractarent. Hi tum argu-
 mentis, tum precibus Imperatorem per-
 moverunt, ut promitteret, se litem hanc
 Principum arbitrio dirimendam commisi-
 surum

Sæcul. XII. surum esse. Ergo duodecim viri utrin-
 que nominantur, & Conventus generalis
 Herbipoli ad Festum S. Michaelis indi-
 citur. Tum stipulata manu fidem con-
 firmantes interim in diversa recedunt.

Tribus circiter mensibus inde elapsis,
 Herbipoli ex condicito conveniunt, ac
 de modo tollendi Schisma, pacemque &
 concordiam inter Imperium & Sacerdo-
 tium reducendi, agunt. Primo sancita
 est pax firmissima in tota Germania, pœ-
 na capitis iis denunciata, qui eam vio-
 larent, præceptumque, ut omnes terræ
 Ecclesiæ, Principi, aut privatis ereptæ
 restituerentur. Quod autem spectabat
 ad Excommunicationis Censuram, ferme
 omnium calamitatum fontem, res ad
 Pontificis iudicium dilata est, & duo Le-
 gati, videlicet Bruno Episcopus Spirensis
 & Arnulphus Abbas Fuldensis nominati,
 qui Romam proficiscerentur, Apostoli-
 cam Sanctitatem rogaturi, ut Concilium
 Generale indiceret, in quo gravissima
 causa definiretur. Interim Otto Episco-
 pus Bambergensis & Henricus Dux missi
 sunt ad Baviaræ Principes, qui impediti
 Herbipolim pergere non potuerant. Hi
 deinde prima Novembris Ratisbonæ con-
 gregati, quæ communi consilio decreta
 fuerant, approbarunt.

§. XXVI.

Sæcul. XII.

A. C. 1121.

Scripta Geofridi Vindocinensis de Investitura.

Ad hæc tempora, cum omnia ad celebrandum Concilium Generale necessaria pararentur, referendos esse censeo *Goff. opus 2.*
 Tractatus Geofridi Vindocinensis de Investituris. Is primum Tractatum inscripsit Cardinali Petro Leonis, qui ipsum de hac re consuluerat. Differit vero in hunc modum: *Inprimis firmiter credendum, quod sicut Baptismus facit Christianum, ita Electio & Consecratio faciant Episcopum, tam unum quam alterum necessarium est, ut Vicarius Jesu Christi constituatur. Consecratio vero nulla est, nisi Electio Canonica præcesserit. Clerici Vicarii Jesu Christi sunt in Electione, Episcopi in Consecratione, ceteri omnes Fideles Episcopum quidem expetere, sed non eligere aut consecrare possunt. Quicumque ergo alio modo nomen Episcopi & potestatem sibi arrogat, ille non intrat per ostium, sed fur est & latro. Et post alia: Sunt, qui putant, Ecclesiæ Romanæ omnia licere, eamque per dispensationem posse aliud facere, quam quod Scriptura præscribit. Qui ita opinantur, insaniunt; Ecclesiæ Romanæ non est major potestas, quam S. Petri, & ipsius Jesu Christi, qui non venit Legem tollere, sed adimplere. Itaque*

Sæcul. XII.
A.C. 1121. *potestate a Jesu Christo accepta utatur, non pro sua voluntate, sed juxta Jesu Christi traditionem. Si Papa a quoquam inferiorum suorum moneatur illud corrigere, quod limites Justitiæ excedens fecit, ejusmodi admonitionem eo animo debet recipere, quo S. Petrus S. Paulum, ipsum reprehendentem, tulit. Hæc verba eo magis notari oportet, quod Cardinalis ad Cardinalem scribentis sint. (*)*

Deinde Geofridus affirmat, Investituram, seu potius Opinionem, quod Laici eam conferre possint, Hæresim esse, eadem ratione, qua Simonia Hæresis est, & illam ista multo pejorem, quod semper sit publica & semper Simoniam conjunctam

(*) Ex hoc Geofridi Vindocinensis Scripto notari potest, Cardinales Romanæ Ecclesiæ non credidisse, ejusdem Ecclesiæ Regimen esse Arbitrarium aut Monarchicum.

Contra Protestantes vero probatur, primo quod Fideles, juxta clarissima Sacræ Scripturæ verba in multis locis, crediderint, Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, S. Petri Successoribus, collatam fuisse potestatem in universam Ecclesiam, qua juxta Jesu Christi traditionem uterentur. Secundo, quod Fideles in omnibus Sæculis crediderint, potestatem Ecclesiasticam aut Spiritualem a Laicis nemini conferri posse secundum Institutionem Christi. Unde explodendi sunt Mosheimus & Windheiminus, cum, in suo Pseudo Jure Eccle-

junctam habeat: non enim ob aliam cau-
 sam hoc jus tam pertinaciter tueri Prin-
 cipes, quam ob commodum temporale,
 ut ab eligendis Episcopis pecuniam ac-
 cipiant, aut electos sibi subjiciant. Por-
 ro hanc Assertionem ideo ad censum opi-
 nionum Hæreticarum refert, quia putat,
 quod annulus & baculus Pastoralis sint
 signa sensibilia potestatis Spiritualis &
 Episcopalis, ac proinde sint partes Sacra-
 menti & Ordinationis, quam Laicus con-
 ferre nequit. Geofridus eandem Do-
 ctrinam defendit in alio Scripto ad Cal-
 listum Papam directo, videlicet, Investi-
 turam ideo esse Hæresim, quod esset Lai-
 corum

Sæcul. XII.

A.C. 1121.

Investitura

Hæresis.

Opusc. 5.

I i 4

Ecclesiastico, inani & ridicula verborum jactan-
 tia dicunt: Wir haben die Bischöfe weggeworfen,
 und dafür den Landesfürsten erwöhlet. Nam au-
 diamus S. Irenæum, secundi Sæculi testem, in
 Tractatu contra Hæreses, apud Fleurium tom. I.
 pag. 624. *Cum Ecclesia Romana omnes alie pro-
 pter ejus potentem primatum concordēs esse te-
 nentur, nempe omnes Fideles quacunque orbis
 parte morentur, quia in hac Ecclesia Apostolo-
 rum Traditio ab omnium nationum Fidelibus fuit
 conservata. Et pag 645. alibi de Hæreticis ait:
 Omnes isti ab Episcopis recesserunt, quibus Apo-
 stoli Ecclesiarum curam commiserunt. Cum ad
 veritatis lumen cæcutiant, necesse est, ut in di-
 versas vias aberrant. Quid afferre possint ho-
 dierni Protestantes, quo hujusmodi totius anti-
 quitatis testimonia infringant?*

Sæcul. XII. corum molicio, qua Sacramentum con-
 A. C. 1121. ferre attentarent.

Opusc. 4.

Nihilominus in quodam alio Scripto concedit, Principibus competere, ut Episcopis dent Investituram Bonorum Temporalium, quæ Ecclesia possidet, quia ea a sola Regum munificentia & sub Legum civilium tutela tenet. Idque Geofridus ex auctoritate S. Augustini confirmat, & prosequitur in hunc modum: *Licet ergo Regibus Episcopum electum & consecratum Bonis Ecclesiasticis investire, cui etiam suam Tutelam promittant, & nihil interest, quo signo id faciant. Voluit Jesus Christus, ut gladius Spiritualis & materialis ad defendendam Ecclesiam suam adhiberentur, si autem alter gladius aciem alterius bebetet, contra voluntatem Servatoris agitur. Utriusque potestatis discordia Reipublicæ justitiam & Ecclesie pacem aufert, schismata parit & scandala, animarum corporumque perniciet. Et infra: Ecclesia suam libertatem conservet, sed caveat, ne in usu Censurarum excedat, & nimia sit, sicque, dum rubiginem cupit eradere, vas confringat.* Tum in rem suam citat celeberrimum S. Augustini locum contra Parmenianum, ut ostendat, illum, cui populi multitudo favet, non esse excommunicandum. Ceterum in nullo Scripto antehac notavi allegoriam de duobus gladiis ad significandum

candum duas potestates, Spiritualem & Sæcul. XII.
Temporalem, afferri. A. C. 1121.

In posteriore Tractatu, ad Callistum Papam directo, Geofridus de modo dispensandi sequentes regulas tradit: *Non nunquam ab Ecclesia dispensandum est, sed caveant Præpositi, ne vel avaritia vel hominum favore moveantur. Dispensandi causa sit pia moderatio & charitas, concedant ad tempus fieri, quod est minus perfectum, ne fides periclitetur, ea intentione & consilio, ut tempore opportuno Regulæ observantiam reducant. Consuetudines Ecclesiarum & Monasteriorum quoque per dispensationem mutari possunt, ut majus Bonum minori subrogetur. Qui alia impulsus causa dispensat, non agit ut Vicarius Jesu Christi, sed cæcus cæcos ducit. (*)*

Opusc. 5.

Ii 5 §. XXVII.

(*) Articulum de Geofrido Natalis Alexander inchoat in hunc modum: *Goffridus ex Andegavensi provincia natus nobili genere, in Cœnobio Vindocinensi* Ordinis Benedictini, Carnotensis Diœcesis, Monachum induit adolescens. Eiusdem Cœnobii Abbas, adhuc juvenis, renunciatus est &c. Et infra; Summis Pontificibus Urbano II. Paschali II. Callisto II. carissimus fuit, ceterum ab adulatione prorsus alienus. . . Ludovico VI. Galliarum Regi venerandum fuit Goffridi nomen &c.*

*Vendôme

Sæcul. XII.
A.C. 1121.

§. XXVII.

Ecclesia Angliæ.

Edm. 6. Nov. In Anglia, mensè Februario, eodem anno millesimo centesimo vigesimo primo, amplissimus Conventus Episcoporum & Principum celebratus est, ut nova nupta Adelhaidis Regina, Godefridi Comitis Lovaniensis filia, magnifice exciperetur. In quibus Comitibus multum agitata est quæstio de causa duorum Archiepiscoporum Rudolpho Cantuariensi, & Turstaino Eboracensi; is enim a Calisto Papa, illis adjunctis quæ suo loco retulimus, ordinatus, literas sibi faventes obtinuerat, hujusmodi auxiliis, quibus Romæ omnia impetrari poterant. Præcipiebatur vero, ut Turstainus ad possessionem Ecclesiæ suæ Archiepiscopalis admitteretur, addita comminatione excommunicationis in Regem & suspensionis in Archiepiscopum Cantuariensem. Tum lecta sunt privilegia a Pontificibus Romanis Ecclesiæ Cantuariensi concessa, ex quibus dispiciebatur, quam parum hæc nova præcepta æquitati essent consentanea. Nihilominus ne Censuræ contra Regem & Archiepiscopum ferendæ tumultus in Regno cierent, omnes in eam concesserunt sententiam; Turstainus in Angliam reveheretur, recto itinere Eboracum commearet, ea conditione,

Sup. §. 4.

ditione, ne extra suam Diocesim ullo Sæcul. XII.
 officio Episcopali fungeretur, prius A.C. 1121.
 quam Ecclesiæ Cantuariensi jus suum
 tribuisset.

Haud multo exinde elapso tempore,
 Callistus Papa, cum auctoritatem suam,
 Burdino in potestatem redacto, stabili-
 tam videret, eadem missis quaquaver-
 sum Legatis uti cœpit. Præter alios Pe-
 trum Monachum Cluniacensem, filium
 Petri Leonis, quo Romanorum nullus po-
 tentior erat, cum Legati mandatis & po-
 testate in Galliam, Magnam Britanniam,
 Hiberniam & Insulas Orcades misit. Su-
 perest nobis epistola, Beneventi, ultima Callist. ep. i.
 die Septembris, data, in qua Pontifex 23.
 Regem Franciæ rogat, ut Petro in illius
 Principis regno Legatione sua functuro
 faveat. Ceterum Petrus nominis sui fa-
 ma Antecessores suos omnes longe supe-
 rabat, atque in Angliam præmiserat Ab-
 bates aliosque spectatæ auctoritatis vi-
 ros, qui ejus adventum prænunciarent;
 quæ res omnium Anglorum animos su-
 spendit. At Rex Angliæ Legato obviam
 procedere jussit Bernardum Episcopum
 S. Davidis, & quemdam Clericum nomi-
 ne Joannem, ejus propinquum. His
 mandatum, ut, freto trajecto, Legatum in
 Francia adirent, ubi Regis licentiam præ-
 stolabatur, atque ad Regiam deducerent,
 adjunctis conditionibus, ut, ex quo pedem
 in

Sæcul. XII. in Angliam inferret, nec ad ullam Eccle-
A.C. 1121. siam, nec ad Monasterium diverteret, &
 suis sumptibus viveret. Ita a Rege ho-
 norifice quidem exceptus est; sed post-
 quam itineris sui causam exposuisset, Rex
 instare bellum adversus Walliæ populos
 respondit, nec se jam negotio tam gravi,
 quod Legatus aperuisset, vacare posse.
 Præterea hanc Legationem nullius pon-
 deris futuram esse, nisi prius Episcopo-
 rum, Abbatum, Principumque consensu
 in totius Regni sui Comitibus firmaretur.
 Ceterum affirmabat, nunquam quoad
 ipse viveret se passurum esse, ut viola-
 rentur consuetudines Majorum suorum,
 a Papa concessæ, quarum præcipua esset,
 ne Regnum Angliæ cujuscunque Legati
 Jurisdictioni subjiceretur. Itaque Pe-
 trus Leonis Legatus, cum satis intellige-
 ret, e re sua minime esse cum potentissi-
 mo Rege jurgari, simpliciter acquievit,
 & Rex pollicitus, se bona fide ipsius Di-
 gnitatis augmentum curaturum esse, do-
 nis, quæ Regiam munificentiam com-
 mendarent, cumulatum ex Anglia dimi-
 sit, per eandem viam, qua venerat redi-
 turum, rebus omnibus, propter quas Le-
 gationem susceperat, infectis.

§. XXVIII.

Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacensis.
Pontius Abbas Cluniacensis, necdum ju-
 veniles

veniles annos egressus, ad eam Dignitatem evectus fuerat, quod ob egregiam indolem omnes de ipso spem maximam concepissent. Et initio quidem amicorum expectationem non sefellit, nam primis annis sapienter & moderate monasterio præfuit, sed postea mutavit mores, & pravis affectibus abstractus, in Concilio Lateranensi, anno millesimo centesimo decimo sexto, vana ambitione titulum Abbatis Abbatum sibi arrogavit. Cumque Joannes Cajetanus Ecclesiæ Romanæ Cancellarius ex eo sciscitatus fuisset, an Cassinenses a Cluniacensibus, vel Cluniacenses a Cassinensibus Regulam accepissent, & Pontius respondisset, non solum Cluniacenses, sed etiam omnia monasteria in Ecclesia Latina a Monte Cassino Regulam S. Benedicti suscepisse, reposuit Cancellarius: *Si ergo Mons Cassinensis Regule monasticæ fons & origo est, Summi Pontifices, æquitate id postulante, soli Abbati Cassinensi hanc prærogativam adstruxerunt, ut Abbatis Abbatum titulo gauderet.*

Itaque Pontium plerique monachorum suorum averfari cœperunt; accusabant ejus animi levitatem, qua consilia virorum prudentum respueret, & Bona monasterii dilapidaret. Hæ murmurantium voces in toto ferme Ordine audiebantur, exteros tamen latebant in decimum

Sæcul. XII.
A. C. 1121.

Petr. Vene.
II. mirac.
c. 12.

Sup. lib.
LXVI. s.
32.

Sæcul. XII. A.C. 1122. cimum usque annum, quo tandem ad Callisti Papæ aures pervenerunt. Pontius vehementer accensus conceptam iram in se ipsum effudit. Romam properat, & a Papa instantissime postulat, ut se a munere Abbatiali liberet. Callistus nullum non argumentum suggererat, quo Pontium a proposito dimoveret; sed obfirmato concessit, quod petebat. Pontius ergo ab omni onere liber in Apuliam, Papa consentiente, comavit, indeque itinere maritimo Jerosolymam petiit, in illa civitate reliquum vitæ tempus consumpturus.

Cum Pontifex Monachos Cluniacenses hujus rei certiores fecisset, jussissetque alium Abbatem eligere, ipsi ad hanc dignitatem promoverunt Hugonem Priorem Marciniacensem, qui ægerrime tantum onus sibi imponi passus est, cumque jam senio gravis esset, elapso trimestri, die nona Julii, naturæ debitum solvit. Ergo iterum Capitulum generale convocatur, cui aliquot Abbates interfuerunt, & in octava Assumptionis Beatæ Virginis vigesima secunda Augusti, anno millesimo centesimo vigesimo secundo, Abbas Cluniacensis eligitur Petrus Mauriti-
 us, qua electione a Pontifice confirmata, Benedictione Abbatiali Archiepiscopi Vefuntini manibus consecratur. Petrum ex primis stirpibus in Alvernia ortum, &
 pueru-

puerulum Deo a parentibus oblatum, S. Sæcul. XII.
 Hugo Abbas, jam morti proximus, ad A. C. 1122.
 Sacram professionem receperat. Inde
 Prior Veselii constitutus, annum vitæ
 circiter trigesimum numerabat, cum ad
 regendam Abbatiam Cluniacensem as-
 sumptus est, cui annis ferme triginta
 quinque præfuit. Is sub nomine Petri
 Venerabilis notissimus est.

§. XXIX.

Algerus. Ejusdem Scripta.

Sub idem tempus, quo Petrus Abbas Elog. I. And.
 Cluniacensis electus est, Algerus, ce- lect. p. 303.
 lebris Scriptor, in eodem loco mona-
 chum induit. Is ab Infantia totum se
 literarum studiis tradidit, sub clarissimis
 viris, quorum scientia & moribus tunc Mabil. præf.
 temporis Ecclesia Leodiensis fulgebat. 2. 2. 6. n. 60.
 Primo in Ecclesia S. Bartholomæi, gradu
 Diaconus, Deo militavit, deinde ad Ec-
 clesiam Cathedralē ab Oberto Episco-
 po translatus, annis ferme viginti sub hoc
 Episcopo, & Friderico, qui ei anno mil-
 lesimo centesimo decimo octavo succes-
 sit, egregie ministravit, & illo temporis
 spatio ad expedienda negotia Ecclesiasti-
 ca complures & insignes epistolas con-
 scripsit, quæ, initio magna cura custodi-
 tæ, ad nos tamen non pervenerunt.
 Nec illa collectio, quam de Antiquitati-
 bus

Sæcul. XII. bus Ecclesiæ Leodiensis literis mandave-
 A.C. 1122. rat, ætatem tulit.

Nullum autem Scriptum Algerus clarioris nominis famam adeptus est quam nobili & sublimi Tractatu de Evcharistia, adversus varios errores, qui circa fidem de Sacramento Augusto irrepserunt. *Alii enim, inquit, panem & vinum tam parum mutari dicunt, quam aquam in Baptismo. Alii credunt dari Impanationem, & Jesum Christum ita in pane existere, quemadmodum Verbum est in Carne per Incarnationem. Alii putant, panem & vinum non in carnem & sanguinem Jesu Christi, sed cujuscunque hominis, Deo accepti, mutari. Alii affirmant, Presbyteros indignos Corpus Christi non consecrare. Alii arbitrantur, Corpus Jesu Christi illis, qui indigne communicant, in Sacramento non remanere. Alii tandem contendere non erubescunt, Corpus Domini obscenis digestionis effectibus esse obnoxium. Algerus errores singulos solide refutat, & totam de Evcharistia materiam doctissime pertractat. (*)*

Alte.

(*) Ex Tractatu Algeri, Ordinis S. Benedicti, contra Protestantem, constans Ecclesiæ Catholice Fides de reali Christi Domini in Evcharistia præsentia probatur. Ex parte alia dignoscimus, quam fæde illi omnes aberrent, qui, proprium sequen-

Alterum quoque Opus composuerat, Sæcul. XII. A.C. 1122.
 cui Titulus de Misericordia & Justitia; in eo docebat, qua ratione Sacrorum Canonum rigor temperandus esset, aliique Canones ex aliis explicandi, quando in Ecclesia improbi tolerandi, quando peccatores corripiendi, vel excommunicati vitandi. Hoc Scriptum necdum typis editum est.

Ceterum Algerus nunquam vel ambitionis vel avaritiæ stimulis cessit; nam cum complures Episcopi Saxonix & totius Germanix, quia subtilis Philosophus & clarissimus Theologus ubique audiebat, ei copiosos census, & eximias Dignitates obtulissent, ipse fortunam mediocrem & vitam privatam, jucundam tamen & commodam honoribus præposuit. Tandem Friderico Episcopo Leodiensi, anno millesimo centesimo vigesimo primo, satis functo, istud etiam licet dulcè vitæ genus relinquens, in Monasterio Cluniacensi institutum S. Benedicti amplexus

sequentes iudicium, ab infallibili Romano-Catholicæ Ecclesiæ Regula desectunt. Itaque cum nec Lutherus, nec alii Novatores, eorumque Sectatores meliore aut certiore Regula, quam antiquiores isti Hæretici non sint instructi, hos quoque in errores de Sanctissima Eucharistia, maxime noxios, delabi necesse fuit.

Hist. Eccles. Tom. XVI.

K k

Sæcul. XII. plexus est. Monachum professus ceteris fratribus simplici humilitate, vitæ puritate, & morum mansuetudine præulxit, atque anno exinde decimo, Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo trigesimo primo sancte obiit.

A.C. 1122.
 Petr. Clun.
 III. ep. 2.

§. XXX.

Paçta de Investitura inita.

Ab. Uysper. Pandulf. Episcopus Spirensis & Abbas Fuldensis, ut diximus, pacis reducendæ causâ, Romam missi, in Germaniam reversi sunt, cum tribus Cardinalibus Legatis Pontificiis, Lamberto Episcopo Ostiensi, Saxone Presbytero, Titulo S. Stephani in monte Cælio, & Gregorio Diacono, Titulo S. Angeli, quos Papa, Cardinalibus & omnibus Italiæ Episcopis id suadentibus, redeuntibus comites dederat. Indicta quidem sunt Comitia generalia Herbipoli celebranda, sed absente Imperatore nihil actum. At tandem conventum Wormatiæ, mense Septembri ad Festum Nativitatis Beatæ Virginis, ubi postquam plus quam integro octiduo disceptatum est, pacis fœdera inire statuitur, chartæ committitur Scriptum, in quo Callistus Papa, sermone ad Henricum Imperatorem directo, ait: *Concedo tibi, electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni, te præsentem fieri, absque Simonia & vi adhibita; ut si qua inter partes discor-*
 dia

to. 10. Cons.
 p. 889.

dia emerferit, Metropolitanis & illius provincie Episcoporum consilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. Electus autem a te Regalia accipiat per Sceptrum (exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur) & quæ de iure tibi debet, faciat. In aliis Imperii partibus consecratus Episcopus infra sex menses Regalia a te recipiat. De quibus vero querelam ad me detuleris, pro officii mei ratione auxilium tibi præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui a partibus tuis stant, vel tempore huius discordiæ steterunt.

Nomine Imperatoris Rescriptum concinnatum est in hunc modum: Pro amore Dei, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Domini Papæ Callisti, & pro remedio animæ meæ, remitto omnem Investituram per anulum & baculum; & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ in Regno & Imperio meo sunt, Canonice fieri Electionem, & liberam consecrationem. Terras & Regalia Beati Petri, quæ a principio huius discordiæ, usque ad hodiernam diem, ablata sunt, quæ habeo, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo, quæ autem non habeo, ut reddantur bona fide iurabo. Possessiones etiam aliarum Ecclesiarum, Principum, aut privatorum restituam. Do veram pacem Domino Papæ Callisto, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & omnibus, qui eidem Ecclesiæ conjuncti sunt,

Sæcul. XII. *aut prius fuerunt, & in quibus eadem Ec-*
A.C. 1122. *clesia auxilium a me postulaverit, bona si-*
de juvabo. Regalia vocabantur, ut dixi,
 census in ærarium Principis inferendi,
 jus cudendi monetam, vectigalia, aliaque
 hujusmodi vel Ecclesiis, vel privatis con-
 cessa.

Hæ Tabulæ utrinque vigesima tertia
 Septembris, anno millesimo centesimo vi-
 gesimo secundo, præsentē innumera ho-
 minum multitudine, loco campestri ad
 Rhenum lectæ, datæ & acceptæ sunt.
 Tum Gratiis Deo rerum omnium Guber-
 natori actis, celebrata sunt ab Episcopo
 Ostiensi Divina Sacramenta, inter quæ
 Imperatorem, dato pacis osculo, Sancta-
 que Communionē, plenissime reconcilia-
 vit. Legati toti quoque Imperatoris
 exercitui & cunctis, hoc Schismati pol-
 lutis, absolutionem impertiti sunt, & ita
 Conventus Wormatiensis, omnibus in-
 gentem lætitiā profitentibus, solutus.
 Imperator alterum haud multo post in
 Festo S. Martini colloquium cum Princi-
 pibus, qui priori non adfuerant, Bamber-
 gæ habuit, ubi, negotiis aliis peractis,
 Legatos nominavit, qui cum Legatorum
 Romanorum uno ad Pontificem profi-
 ciscerentur, & dona deferrent. Papa,
 Legatione hac recepta, Imperatori epi-
 stolam, decima tertia Decembris datam,
 scripsit, in qua gratulatur, quod Cæsā-
 reum

10. 10. Cons.
p. 894.

reum caput Ecclesiæ submiserit, & fate-
tur, se ea quoque ex causa majore læti-
tiæ sensu perfundi, quod ambos sangui-
nis propinquitus jungeret. Rogat, ut
ob instans Concilii tempus Legatos ma-
ture remittat.

§. XXXI.

Concilium Oecumenicum Lateranense.

Namque Callistus Papa Concilium Ro-
mæ, tempore Quadragesimæ, anno
sequente millesimo centesimo vigesimo
tertio, celebravit, quod inter Lateranen-
sia primo, & inter Oecumenica nono lo-
co ponitur. Adfuere plus quam trecen-
ti Episcopi, & Abbates plus quam sex-
centi, universim Præsules mille. Sed de
hoc Concilio ad nos nihil, nisi Canones
viginti duo, pervenerunt, plerique ex
superioribus Conciliis descripti. Statu-
ta autem memoratu digniora mihi visa
sunt sequentia. Ordinationes a Burdi-
no Antipapa, postquam a Romana Eccle-
sia damnatus est, quæque ab Episcopis,
per eum postea ordinatis, factæ sunt, ir-
rita declarantur. Nemo Romanæ Ec-
clesiæ Bona, præsertim Civitatem Bene-
ventanam invadat; quod si quis præ-
sumpserit, anathematis vinculo tenea-
tur. In Canone undecimo legimus: *Eis
qui Hierosolymam, ad Christianam Gen-
tem defendendam, proficiscuntur, suorum*

Sæcul. XII.
A.C. 1122.*Suger. vit.
Lud. p. 311.**Pandulf.
Can. 6.*

c. 116

K k 3

pecca-

Sæcul. XII.

A.C. 1123.

peccatorum remissionem concedimus, domus eorum, familiae & Bona sub Tutela & præsidio S. Petri ac Ecclesiae Romanae sint; quicumque ergo ea auferre, quamdiu Domini in via illa morantur, Excommunicationis ultione plectantur. Eos autem, qui, Hierosolymitanum vel Hispanicum iter suscepturi, Cruces in vestibis suis posuisse, & mutata mente iterum dimisisse noscuntur, Cruces iterum assumere, intra tempus Paschale hujus anni usque ad Pascha anni sequentis, Apostolica auctoritate præcipimus; nisi fecerint, contumaces excommunicamus, & in omnibus ipsorum terris Divina Officia, excepto parvulorum baptismo & morientium penitentia, interdiciamus. Laici sub anathematis pena Oblata de Altari Beati Petri, Salvatoris, Sanctae Mariae Rotundae, aliarumve Ecclesiarum, sive de Crucibus, non auferant. Ecclesias a Laicis, more castrorum, muniti, ut in servitutem redigantur, Auctoritate Apostolica prohibemus. Si quis Romipetas & Peregrinos, ad alia Oratoria Sacra pergentes, capiat, rebus, quas ferunt, spoliet, novis pedagiis, exactionibus, vexet, a Communione Christiana arceatur, usque dum satisfecerit. Alienationes Bonorum Ravennatis Exarchatus, speciatim ab Ottone, Guidone, Hieremia seu Philippo, ubilibet factas, damnamus, & generatim omnes alienationes, quae a quibus-

quibuscunque Episcopis aut Abbatibus sive Sæcul. XII.
 intrusis, sive legitimis, sine consensu Cle- A.C. 1123.
 ricorum, vel Simoniacæ factæ sunt, reji-
 cimus & nullas esse volumus. Illud etiam
 districte prohibemus, ne ullus Clericus Præ-
 bendam suam, seu aliquod Ecclesiasticum
 Beneficium, alienare audeat. Quatuor
 Episcopi, in hoc Canone nominati, sunt *Ital. Sacr.*
 Episcopi Schismatici Ravennates, Gui- to. I. p. 364.
 bertii Antipapæ Successores, usque ad
 Gualterium Canonice electum, & a Ge-
 lasio Papa anno millesimo centesimo de-
 cimo nono confirmatum, qui illam Se-
 dem usque ad annum millesimum cente-
 simum quadragesimum quartum obti-
 nuit. Rursus in hoc Concilio legimus:
Interdicimus Abbatibus & Monachis pæ-
nitentias publicas injungere, ægrotantes
invisere, unguendos ungere, aut Missas pu-
blicas decantare. Cbrisma & oleum ab
Episcopis accipiant, Altaria consecrari, e. 17.
& Clericos ordinari ab Episcopo Diæce-
sano petant.

Concilii Lateranensis tempore Calli-
 stus Papa Benedictionem Abbatialem im-
 pertitus est Orderiso II. nuper in Abba-
 tem Montis Cassini electo, qui Girardo,
 decima Septima Januarii, eodem anno
 millesimo centesimo vigesimo tertio, de- Chron. Cass.
 functo subrogatus fuerat. Ubi electio IV. c. 77. 78.
 ista refertur, illud quoque notatur, quod cum. n. 2.
 Episcopi in Concilio Lateranensi contra Aug. to. 10.
Con. p. 888.
 Mona-

Sæcul. XII. AGUR. Monachos amare conquerentes dixerint:
*Quid jam aliud restat, quid aliud nobis
 expectandum, nisi ut Baculo annuloque pri-
 vati eorum Ordinationi subjiciamur?*
 quippe Ecclesias, agros, Arces, decimas,
 Oblationes vivorum mortuorumque possi-
 dent. Tumque ad Papam conversi, Ca-
 nonicorum, Clericorumque gloria, ajebant,
 obscuratur, ex quo monachi, missis cælesti-
 bus desideriis, ambitione inexplebili Jura
 Episcoporum invadunt, homines, quos jux-
 ta S. Benedicti Institutum quiete vivere
 oporteret. Conjecturæ locus est, ob has
 Episcoporum querelas, Canonem, a me
 postremo relatum, fuisse conditum.

§. XXXII.

*Oldegarius Archiepiscopus Tarraco-
 nensis.*

ap. Boll. to.
6. p 488. Quæ in Concilio Lateranensi de bello
 Cruciatorum in Hispania dicta sunt,
 facilius intelliguntur ex Bulla Callisti II.
 eodem tempore Oldegario Archiepisco-
 po Tarraconensi concessa. Ea ad omnes
 Christianos dirigitur, quos Papa hortat-
 tur, ut ad defendendam Hispaniæ Eccle-
 siam, ab Infidelibus oppressam, arma ca-
 piant, illis, qui in hoc bello militarent,
 eandem Indulgentiam, ac Defensoribus
 Ecclesiæ Orientis, promittens. Tum
 subjungit, sermone ad milites directo,
*Quia vero nos ipsi exercitum vestrum, li-
 cet*

cet id cupiamus, adire non possumus in Sæcul. XII.
bunc effectum, carissimum Fratrem no- A.C. 1123.
strum Oldegarium Archiepiscopum Tar-
raconensem cum potestate Legati A LA-
TERE, ad gerendas vices nostras, consti-
tuimus. Hæc Bulla, secunda die Apri-
lis, statim post solutum Concilium, da-
ta est.

Oldegarius Barcinone ortus, prima *vit. ap. Boll.*
 atate, Ecclesiæ S. Eulaliæ oblatas, ibi *6. Mart.*
 dem Canonicus, & deinde Præpositus
 fuit. Tum Abbas Canonicorum Regu-
 larium S. Rufi prope Avenionem eligitur,
 atque, Raimundo, Episcopo Barcinonen-
 si, cum in Insula Majorica contra Mau-
 ros militaret, anno millesimo centesimo
 decimo quarto, occiso, subrogatur. Ipse
 vero, ad Abbatiam suam S. Rufi confu-
 giens, post duos demum annos, ad reci-
 piendum Episcopatum, districto Romani
 Pontificis Paschalis II. imperio, & Comi-
 tis Barcinonensis precibus, compelli po-
 tuit. Primo Episcopatus ejus anno Se-
 des Tarraconensis vacavit, Berengario *Sup. lib.*
 fati functo, qui cum esset Episcopus Au- *LXIII. 9.*
 sonensis ab Urbano II. Papa obtinuerat, *49. 54.*
 ut Metropolis Tarraconensis restituere-
 tur. Tunc vero Comes Barcinonensis
 Raimundus Berengarii filius Oldegario
 Episcopo ejusque Successoribus civita-
 tem & territorium Tarraconense dona-
 vit, cum potestate incolas inducendi, iis-

K k 5 que,

Sæcul. XII. que, ut luberet, leges dandi, solo sibi fu-
 A.C. 1123. premo Dominio & Palatio reservato.

Quod Donationis diploma vigesima tertia
 Januarii anno millesimo centesimo deci-
 mo septimo datum est. Verumtamen
ap. Boll. & Marcam nec Raimundus Episcopo, nec prius Be-
Hisp. pag. rengarius Raimundi parens, Urbano Pa-
 1247. pæ magnam rem contulerant; nam illa

Orderic. lib quercubus, & fagis aliisque vastissimis
 13. p. 892. varii generis arboribus abundans, nec
 tam urbs, quam condendæ urbis locus
 videri poterat. Oldegarius hanc dona-
 tionem a Gelasio Papa II. confirmari pe-
 tit, qui ipsi non modo Archiepiscopa-
 tum Tarraconensem cum Episcopatu Bar-
 cinonensi, cui præerat, sed etiam Episco-
 patum Tertosanum concessit, si illa urbs
 Christianorum armis iterum e manibus
 Saracenorum erepta ad statum perveni-
 ret, quo proprium Episcopum habere
 posset. Adjecit Pontifex omnia jura
 Metropolitanæ competentia, Ordinatio-
 nem Suffraganeorum suorum, convocan-
 di Concilia potestatem, & Pallium. Hæc
 Bulla Cajetæ vigesima tertia Martii anno
 millesimo centesimo decimo octavo da-
 ta est.

Elapso exinde biennio Comes Rai-
 mundus urbes Tertosam & Ilerdam, pul-
 sis Mauris, recepit. Post Concilium ve-
 ro Lateranense Oldegarius, Legati Sa-
 cræ

cræ Sedis Titulo munitus, Jura Ecclesiæ Sæcul. XII.
 suæ Barcinonensis contra quorumdam A.C. 1123.
 nobilium virorum, & ipsius Comitis mo-
 limina, vigore Episcopali defendit. An-
 no millesimo centesimo vigesimo sexto,
 Episcopis & Principibus ipsius cura con-
 gregatis, Immunitas Ecclesiastica stabili-
 ta est, & Reges Arragoniæ & Castiliæ
 ipso conciliante pacem sanxerunt. Sa-
 tis vero intellexit Oldegarius, nunquam
 Civitatis Tarraconensis constans incre-
 mentum sperari posse, nisi præsidium ac-
 ciperet a viro, rei militaris gnaro, qui ci-
 ves adversus Maurorum, impune agros
 depopulantium, incursum tueretur; eo
 igitur consilio, Robertum Acilionensem,
 alio nomine *Bordetum*, virum e gente
 Normannorum nobilem, jam prius fixam
 sedem in illa regione habentem, delegit,
 cui urbem Tarraconensem concessit, ut
 eam tanquam Vasallus Ecclesiæ posside-
 ret, civium numerum augetet, regeret,
 & prout magis e re esse videretur, defen-
 deret, solis decimis & Bonis Ecclesiasti-
 cis sibi reservatis. Hæc Donationis For-
 mula anno millesimo centesimo vigesimo
 octavo, elapso decennio, ex quo eam ur-
 bem Episcopus a Comite acceperat, da-
 ta est. Porro Oldegarius quoque suis
 partibus non defuit, sed Ecclesiam Me-
 tropolitanam Tarraconensem, & com-
 plures alias in illa provincia, pæne col-
 lapsas,

Sæcul. XII. lapsas, restauravit, Nosocomium & Do-
A.C. 1123. mum Templariis fundavit, & tandem
 sexta Martii, anno millesimo centesimo
 trigesimo septimo, animam in manus
 Creatoris reddidit. Complura miracu-
 la ipso apud Deum intercedente edita
 narrantur, Barcinonenses eum honore,
 quo Sanctos colimus, prosequuntur, &
 Arragoniæ Reges sæpius diversis tempo-
 ribus, ut in Catalogum Sanctorum refer-
 retur, Romæ postularunt.

§. XXXIII.

Sugerius Abbas S. Dionysii.

vit. Ludov. Sugerius Abbas S. Dionysii in Francia,
p. 310. 311. anno Ordinationis suæ secundo, Con-
 cilio Lateranensi interfuit. Ei a Rege Lu-
 dovico ad Papam, negotiorum ad Re-
 gnum Franciæ pertinentium causa, in
 Italiam misso, & inde redeunti in itinere
 nuncii indicaverant, Abbatem suum Ada-
 mum ex hac vita migrasse, ipsumque per
 electionem defuncto fuisse subrogatum.
 Tum cum ad monasterium pervenisset,
 Rex electionem confirmavit, quæ prius
 ipsi tanquam se inscio peracta non pro-
 babatur. Sugerius ergo, tunc in gradu
 Diaconorum constitutus, in Sabbato
 Hebdomadæ quartæ Quadragesimæ, an-
 no millesimo centesimo vigesimo secun-
 do, Presbyter ordinatus, altera die, Do-
 minica, Benedictionem Abbatialem ab
 Archi-

Chron. S.
Dion. to 2.
Spicil. pag.
 809.

Archiepiscopo Bituricensi accepit, annos Sæcul. XII.
 natus quadraginta, & exinde Abbatia A.C. 1123.
 San. Dionysianæ annis triginta præfuit.

§. XXXIV.

S. Stephani Grandimontensis ultima.

Callistus Papa duos Legatos Cardinales,
 Gregorium Titulo S. Angeli, & Pe-
 trum Leonis, in Franciam miserat, qui
 compluribus Conciliis videlicet Carno-
 ti, Claromontii, Belvaci, & Viennæ, ce-
 lebratis, S. Stephanum de Tigerno in ere-
 mo, quæ Muretum dicebatur, Territorii Chron. Mall.
 Lemovicensis, inviserunt, ubi annis pro- an. 1124.
 pe quinquaginta degens, multos Disci- Sup. lib.
 pulos congregaverat. Is pane & aqua, LXII. §. 7.
 ac non nunquam jusculo farinaceo admo-
 dum insipido alebatur. Trigesimo post vit. n. 6. ap.
 conversionem suam anno, vinum modi- Boll.
 ce bibere cœpit, quo stomachum robo-
 raret. Alios vero Stephanus eodem ri- to. 4. p. 205.
 gore non habebat, sed cuique, quantum
 humeri ferre possent, imponebat. Lon-
 go tempore thoracem ferreum diu no-
 ctuque ad carnem pro cilicio gestavit, at- n. 14. 15. 16.
 que eadem tunica in hyeme ac in æstate
 tegebatur. Humi cubabat super asseres
 in modum sarcophagi conjunctos, & bre-
 vissimo temporis spatio dormiebat. Præ-
 ter Officium Majus, etiam Officia Beatæ
 Virginis, ac Defunctorum recitabat;
 quibus officium de Trinitate novem Le-
 ctionum

Sæcul. XII. Etionum addebat. Si vero, ut ad se ve-
A.C. 1123 nientibus colloqui posset, aliquod ex his
 Officiis omisisset, illud deinde, prius-
 quam cibo reficeretur, recitabat, ita ut
 non nunquam cœnam in alteram lucem
 differret. Nunquam enim sui copiam
 illis denegabat, qui audiendi Verbi Di-
 vini causa ad ipsum invisebant.

118.

Duobus Cardinalibus, cum ad Ste-
 phanum divertissent, totam ejus vitæ ra-
 tionem accurate examinantibus & scisci-
 tantibus, an Canonicus esset, vel Mona-
 chus, vel Anachoreta, respondit, nullum
 ex his vitæ generibus sibi congruere, his-
 que instantibus, ut diceret, quis denique
 esset, cum omnes viri Religiosi ad ali-
 quod ex his tribus Institutis referrentur,
 ait: *Videtis, nos nec Monachorum, nec
 Canonicorum vestitu uti; nec etiam tam
 Sancta nomina nobis tribuimus. Cano-
 nici ex vitæ, quam amplexi sunt, Institu-
 to potestatem ligandi & absolvendi habent,
 juxta exemplum Apostolorum, veri Mona-
 chi sibi solis vacant, & totos Dei contem-
 platio occupat, Eremicolarum est in suis
 Cellulis perseverare, atque orationi & si-
 lentio esse intentos. (*)*

Osti.

(*) Potestatem solvendi & ligandi habent &c.
 Hier ist unstreitig die Rede von der geistlichen Ge-
 walt der Priester in der Ohrenbeichte, aus welchem
 erhelleth

Octiduo post discessum Cardinalium Sæcul. XII.
 elapso, Stephanus, quamvis necdum ullo A.C. 1123.
 dolore premeretur, cognovit, ultimam
 diem

erhellet, daß die Rechtgläubigen an deren Nutzen und
 Nothwendigkeit gar nicht gezweifelt. Windheim
 in einer Anmerkung über Mosheims allgemei-
 nes Kirchenrecht der Protestanten auf der 334.
 Seite saget: Nachdem die Papisten die Buße zu
 einem Sacramente gemacher zc. so verbanden
 sie die Beichte als ein nothwendiges Stücke
 mit derselben, und lehren, daß, wer nicht
 bey einem Priester beichtete, keine Vergebung
 der Sünden erlangen könnte. Hierauf will
 Windheim anzeigen, in was für einem Jahrhun-
 dert die Römische Kirche oder die Päbste oder die
 Päbster etwas neues in diesem Stücke verordnet,
 oder angenommen hätten.

Allein, was weiß der Herr Windheim? Die
 Römische Kirche lehret, daß ein Sünder mit ei-
 ner wahren Reue und Liebe Gottes durch die
 Verdienst Jesu Christi auch vor der Ohrenbeicht
 und der Priesterlichen Absolution gerechtfertiget
 werde. In den ältesten Zeiten der Kirche versielen
 die schon erwachsenen und neugetauften Christen
 selten wiederum in schwere Sünden, daher war ih-
 nen die Beicht nicht vonnöthen, und einige Gottlose
 bekehrten sich gar nicht mehr. Die grossen Sün-
 der beichteten vor dem Bischof und dem Volke öf-
 fentlich; man hat aber bald beobachtet, daß die
 öffentliche Beicht bey allen Sündern nicht angehe;
 darum beichteten einige heimlich vor dem Bischofe
 oder vor dem hierzu verordneten Priester. Mos-
 heim

Sæcul. XII. diem sibi imminere, totumque reliquum
 A.C. 1123. tempus ad orandum & Discipulos suos
 commonendos impendit. Quærentibus,
 unde, patre mortuo, sine Bonis tempo-
 ralibus alerentur, respondit: *Nihil vo-
 bis relinquo, nisi Deum, cujus est totus
 orbis terrarum, & cujus amore omnibus
 & vobis ipsis renunciastis. Si paupertate*
 tem

heim gesteht selbst, daß diese Beichte in der alten Kirche üblich gewesen, da er auf der 335. und 336. Seite sagt: Einige wollen, man soll die Beichte abschaffen. Es ist kein Zweifel, daß solches geschehen könne. Wir behalten sie aber mit Grunde, erstlich, damit die Katholischen nicht sagen können, wir wären ganz und gar von der alten Kirche abgewichen, und wird also dadurch Aergerniß vermieden zc.

Nun aber, daß die alte sowohl als die neue Kirche die Beichte nicht nur als eine zwar nützliche, jedoch willkührliche Übung, sondern auch als ein Sacrament, und eine gebotene Sache angesehen habe, wollen wir so lang glauben, bis wir von einem Herrn Protestanten eine nur leidentliche Auslegung der Worte Jesu Christi: *Et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in Cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cælis. Matth. XVI. 19.* bekommen werden, denn die Lehre Mosheims auf der 330sten Seite ist einmal sehr widersinnisch und ungegründet. Er sagt: *Hieher gehöret weiter das Recht der Schlüssel. Christus giebet den Aposteln die Macht*

tem amaveritis, & Deo constanter adhaeritis, infinita ejus providentia, quidquid ^{Sæcul. XII. A.C. 1123.} Saluti vestrae expedit, dabit. Nempe eleemosynis sustentabantur & illas maxime amabant, quas a pauperibus accipiebant. Cum exinde dies quinque effluxissent, & ipse se deficere diceret, portatur in Oratorium, Missa completa, Extremam unctionem & Viaticum accipit, & Spiri-

n. 34.

Nacht zu binden und zu lösen. Dieses Recht gehet nur auf die Apostel, als außerordentliche Gesandten Christi. Die Lehrer und Prediger sind zwar in gewissem Verstande Nachfolger der Apostel. Allein diese Nachfolge muß nicht zu weit getrieben werden ic.

Das ist die Auslegung Mosheims über die so wichtige Stelle der heiligen Schrift. Sie ist aber zum Unglück aller Protestanten weder mit Vernunft noch mit dem Zeugnisse des ganzen Alterthums vereinbarlich. Denn die wahre Kirche hat zu allen Zeiten geglaubet, daß diese Worte Christi so wenig auf die Apostel allein sollen und können eingeschränket werden, als diejenigen: Prædicate Evangelium omni Creaturae. Marc. XVI. Endlich, wenn Mosheim und Bindheim sich immer ausdrücken mit dem Wortlein: die Papisten haben diesen Begriff, die Pöbstler haben in diesem Jahrhundert angefangen zu lehren ic. sollen sie sich billig erinnern, es könne kein Protestant erweisen, daß es jemal bis auf Luthers Zeiten andere Christen gegeben habe, als Pöbstler, oder Keger.

Hist. Eccles. Tom. XVI. L I

Sæcul. XII. Spiritum efflat, die Veneris, octava Fe-
 A.C. 1123. bruarii, anno millesimo vigesimo quarto,
 octogenarius, & ordine Diaconatus ini-
 tiatus. Statim & clam sepultus est, in
 Boll. com. Ecclesia Muretana, ne, si populi multitu-
 prev. n. 23. do ad defuncti tumulum convolaret, il-
 ex Fremon. lius Domus & Familiæ tranquillitas tur-
 baretur. Complura tamen edita sunt
 miracula. Tum Monachis Prioratus Am-
 basaceni, qui Monasterio S. Augustini in
 urbe Lemovicensi subiciebatur, conten-
 dentibus, Muretum locum esse ipsis pro-
 prium, quamvis S. Stephani Discipuli
 longo tempore ibi sedes fixissent, ma-
 luerunt, secundum præcepta Magistri sui,
 illo loco cedere, quam in Judicio litiga-
 re. Ergo ad locum alium transeunt,
 qui Grandimontium dicebatur, Mureto
 una Leuca distitum, ubi, jubente illius
 territorii Domino, promptissime Eccle-
 siam & cellulas vilissimas condiderunt,
 eoque S. sui Fundatoris corpus, quinto
 post obitum ejus mense, scilicet ad Fe-
 stum S. Joannis, eodem anno millesimo
 centesimo vigesimo quarto, transtule-
 runt. Ex illo tempore, ab ista Sede nun-
 quam amplius recedentes, Grandimon-
 tensis Ordinis Religiosi dicti sunt; At
 vulgus *Bonos viros* eos appellabat, quo-
 rum numerus brevi tempore multum
 auctus est.

§. XXXV.

S. Norbertus Antwerpice.

Sæcul. XII.

A.C. 1123.

Sanctus Norbertus, fundato Præmonstrato, plura alia Monasteria intra breve tempus condidit. Præter alios convertit Godefridum Comitem de Capenberg in Westphalia, qui verbis & exemplis S. Norberti motus Bona sua & se ipsum Deo consecravit. Is Canonicum Regularem secundum novum Institutum Præmonstratense induit, fundavitque Domum Capenbergensem, celeberrimum Monasterium, multorumque aliorum Caput, futuram. Godefridus ad Deum conversus est circa annum Salutis millesimum centesimum vigesimum secundum, annum vitæ agens vigesimum quintum, & post quinquennium vitam clausit, decima tertia die Januarii, qua eum Ecclesia inter Beatos veneratur.

vit. B. Godefr. Boll. to. I. p. 840.
vit. S. Norb. c. 12. to. 19. Boll. p. 841.

Godefridi exemplo pertractus Theobaldus IV. Comes Campaniæ, eum imitari animo constituit. Ergo S. Norbertum adit, de rebus ad Salutem suam pertinentibus consultaturus, ejusque sermonibus multo magis accensus, se ipsum & omnia sua S. Viri voluntati & imperio submittit. Norbertus conspiciens, quantam animi magnitudine Princeps tantum Sacrificium Deo offerret, moram petiit,

ibid.

L 1 2

qua

Sæcul. XII. qua Deum consuleret. Pensabat deinde,
A.C. 1123. Theobaldum latissimis ditionibus domi-
 nari, nempe hinc Comitatu Blesensi, &
 Carnotensi, illinc vero Meldensi & Tre-
 censi, nec facilis negotii rem esse has
 Dynastias cum Arcibus suis destruere,
 easque Familiæ virorum Religiosorum
 tribuere, tum quod inde Regni vires ac-
 ciderentur, tum etiam quod istud mul-
 tis viris Nobilibus, Principis Campaniæ
 Vasallis esset nociturum. Porro non
 ignorabat Norbertus, quanta munificen-
 tia Theobaldus eleemosynas largiretur,
 Ecclesias & Monasteria ædificaret, esset-
 que orphanorum, viduarum, miserorum
 omnium præsidium. Quare se Dei Or-
 dinationi adversaturum credidit, si hunc
 Principem ab exercitio bonorum Ope-
 rum, ad quod a Deo vocatus esset, ab-
 straheret. Cum ergo induciarum tem-
 pus effluxisset, speraretque Comes, Virum
 Sanctum sibi nihil aliud esse suasurum,
 quam ut omnia relinqueret, ille respon-
 dit: *Neutiquam id fiet, sed jugum Domi-
 ni in societate conjugali portabis, filiique
 tui amplissimas terras cum Benedictione
 Patrum vestrorum possidebunt.* Acquie-
 vit monenti Comes, ipsoque Norberto
 conciliante, Mathildem Ducis Carin-
 thiæ filiam tori consortem accepit; ex
 quo conjugio numerosa proles orta est.

Inter

Inter hæc Norbertus Antwerpiam vo-
 catur, ad Institutum suum ibidem propa-
 gandum. Namque hæc urbs, quamvis
 jam illa tempestate amplissima esset, & c. 13. n. 297
 maxime frequentata, ante aliquot tamen
 annos in Spiritualibus regebatur ab uni-
 co Presbytero, omni auctoritate destitu-
 to, quod ejus cum nepte sua inceste libi-
 dinandi consuetudo neminem lateret.
 Hinc quidam Hæreticus, occasione usus,
 in Fidelium gregem a nullo pastore cu-
 stoditum irruit. Erat is Tanchelinus,
 hominum perditissimus, subtili & versu-
 to ingenio, laicus quidem, sed plurimis
 Clericis eloquentior. Papam, Episco-
 pos, omnesque Clericos spernebat, di-
 cens, ipsum & ejus Sectatores totam Ec-
 clesiam constituere. (*) Ad errores suos
 suavius insinuandos utebatur opera mu-
 lierum, quas vitiaverat, ipsarumque in-
 dustria

L1 3

(*) Dieses ist wiederum eine schöne Abbildung
 eines von denen Vätern und Vorläufern der Pro-
 testanten, welche einige mit beyden Armen umfan-
 gen, andere aber mit dem Mosheim in seinem
 Versuch zur Ketzerhistorie verwerfen. Die
 Ähnlichkeit ist schier handgreiflich, denn die Pro-
 testanten verwerfen, wie ein Tanchelin, den Pabst,
 die Bischöfe, und alle Pfaffen, und wollen eine
 besondere Kirche haben. Allein so wenig als
 ein Tanchelin erweisen konnte, daß er mit sei-
 ner

Sæcul. XII.
A.C. 1123.

dustra maritos in suas partes pertrahat. Postquam magnam populi multitudinem pervertisset, non amplius satis ei fuit, occulte discipulos suo veneno imbueri, sed in aperto campo prædicabat, Regali apparatu circumdatus. Vestis & capilli, in funiculos torti, inserto auro fulgebant, stipabant hunc Apostolum satellites, Vexillum, & nudum gladium portantes. Eum tamen plebs fatua velut Angelum e Cælo missum auscultabat. Ipse agebat, Ecclesias esse prostibula, quæ per Sacramenta violarentur, præcipue per Sanctam Altaris Sacramentum, quod, ipso iudice, nihil erat, & nullius ad Salutem ponderis. Sacramentorum virtutem a Dignitate Ministrorum pendere affirmabat. Decimas dari prohibebat, idque avaris Laicis facile persuadebat. Denique talia potissimum prædicabat, quæ vel ob suam novitatem, vel ob notam audientium indolem placitura non nesciebat. Ceterum Sectatores suos non modo oris facundia, sed etiam splendidis convivii & comestationibus capiebat. Bacchabundum vero agmen, Tanchelino jubente, sequebantur tria ferme armatorum

ner neuen Kirche das Evangelium Christi besser verstehen, als die ganze damals sichtbare Kirche, so wenig ist zu unserer Zeit ein Lehrer in einer protestantischen Kirche dieses zu thun im Stande.

rum milla, parata ad illos contrucidan-
dos, qui repugnare auderent.

Sæcul. XII.
A. C. 1123.

Tanto rerum successu inflatus usque
adeo insaniit Tanchelinus, ut sibi ipsi Di-
vinitatem tribueret, dicens, idem sibi ac
Jesu Christo ad hanc Dignitatem jus esse,
cum pari modo cum ipso plenitudinem
Spiritus Sancti accepisset. Populus se-
ductus aquam, qua corpus laverat, bi-
bebat, ac Reliquiarum loco recondebat.
Puellas sub matrum suarum oculis, &
mulieres inspectantibus maritis constu-
prabat, quod opus esse Spirituale mi-
seris persuadebat infamis ganeo, ita ut
illæ infortunatas feminas se esse crede-
rent, quibus idem honor non obtigisset.
Quadam die novam pecunias cumulandi
industriam excogitavit; quippe coram
tota frequentia imaginem Beatæ Virgi-
nis inferri jubet, ejusdem manum tan-
git, & formulam nuptias celebrantibus
familiarem recitat, subjungens ad circum-
stantes: *Videtis, quod modo Mariam Vir-
ginem mihi matrimonio junxerim, ve-
strum est, dona nuptialia conferre.* Tunc
præcipit arcas duas ad dextrum, & ad
sinistrum latus imaginis poni, ut in alte-
ram viri & in alteram feminæ munera
congererent, dicens: *Sic patebit, uter
Sexus me Sponsamque meam majore affe-
ctu colat.* Tunc vero omnes certatim
dona offerre, & mulieres etiam moni-

Tanchelinus
infamia.

Sæcul. XII.
A. C. 1123.

lia, armillas, inaures, sibi detraxere. Tandem Tanchelinus, postquam errores suos in varias regiones Diœcesis Ultrajectensis, Cameracensis, aliarumque Ecclesiarum sparsisset, interfectus est a quodam Presbytero, qui cum in cimba veheretur, incauti caput feriit, cerebrumque comminuit. At, eo moriente, errores in fide necdum extincti sunt.

Episcopus Cameracensis, in cuius Diœcesi posita erat Antwerpia, in Ecclesiam S. Michaelis duodecim Clericos immiserat, qui Parochum adjuvarent; sed cum ad Hæresim Tanchelini expugnandam non sufficerent, Sanctum Norbertum in auxilium advocarunt, eique hanc Ecclesiam cum congruis redditibus dederunt, ut aliquam Discipulorum suorum partem introduceret. In Diplomate hujus Donationis legimus, peractam fuisse ex consilio Buehardi Episcopi Cameracensis, & consentiente toto populo, Canonicos autem S. Michaelis ad Ecclesiam Dominæ Nostræ in eadem civitate esse transturos. Episcopus quoque datis literis anno millesimo centesimo vigesimo quarto eandem Donationem confirmavit. Ergo Norbertus suorum doctissimos Antwerpiam advocat, qui seductum populum erudirent; ipse quoque, omnibus viribus ad hæreticos convertendos incumbens, mansuetudine potissimum eorum

to. 19. Boll.
p. 933.

eorum pertinaciam vincere conabatur, Sæcul. XII.
Fratres mei, inquebat, nec obstupescendi, A.C. 1123.
nec quidquam timendi vobis causa est;
ignorantia peccastis, & amplexi estis mendacium, quod veritatis speciem induerat.
Si prius veritatem edocti fuissetis, veritatem eodem ardore fuissetis secuti. His sermonibus & Viri Sancti operibus tacti, non nulli ad frugem redibant, referebantque Domini Nostri Corpus, quod per annos duodecim, vel quindecim in canistris aut in scrobiculis servaverant.

Hæretici Antwerpenses magnam Doctrinæ affinitatem habebant cum illis, qui tempore abhinc non multo Ivossi in Dicecesi Trevirensi, Brunone Sedem Archiepiscopalem tenente, detecti fuerant. Hæresis contra Eucharistiam.
 Hi negabant, panem & vinum super Altare in Corpus & Sanguinem Jesu Christi mutari, & Baptismum parvulis quidquam ad Salutem prodesse. (*) Plures Hist. Trev. to. 12. Spicil. p. 243.
 alios errores pertinaciter docebant, quos primus illius ævi auctor, a quo hos accepimus, literis committi non debere credit. Cum aliquot hujus farinae Hæretici, scilicet duo Presbyteri & duo Laici

L 1 5 in

(*) Res omnino notatu dignissima! Veteres Hæreticos, qui in aliquo Doctrinæ capite cum modernis Protestantibus consentiebant, in aliis, sicut isti Trevirenses circa Baptismum parvulorum, manifeste errasse.

Sæcul. XII.
A.C. 1123.

in conspectum Brunonis Archiepiscopi deducti fuissent, alter ex Laicis aufugit, alter edito juramento se obstrinxit, quod falsam Doctrinam abjecturus esset; at Presbyterorum alter, nomine Fridericus, eandem audacter coram Archiepiscopo professus est, qui cum ex auctoritate S. Augustini tam Doctrinam de Eucharistia, quam de Baptismo parvulorum explicasset, & Friderici contumaciam frangere non posset, omnes circumstantes conclamare; deponendum esse pervicacem Hæreticum. Sed reus multitudini subito mixtus evasit, & sententia in contumacem absentem prolata est. Alteri Presbytero duo erant nomina, quæ eo consilio assumpserat, ut securius lateret. Is negavit, se unquam illam Hæresim fuisse professum. Tum ipsius accusatoribus affirmantibus, quod aliquando in illorum Hæreticorum conventu medius conspectus fuisset, obtulit se Sacrae Communionis probationem subiturum esse. Ergo Missam cantare & Canonem, ut reliqua omnia, elata voce pronunciare jubetur, & ubi ad Communionem pervenit, Archiepiscopus districte & publice prohibuit, ne Sacramentum sumeret, si aliquando Corpus & Sanguinem Jesu Christi esse negasset. Ipse Sacramentum sumpsit. Posteaque pœnitentiam anteaactorum testatus & pollicitus se se cuncta

cuncta errata in posterum emendaturum esse dimittitur. Sed ad suos reversus, Sæcul. XII.
A.C. 1123. majore quam prius pervicacia, eandem Hæresim defendit, & non multo post tempore in flagranti adulterio deprehensus, pro suo merito de vita exturbatur.

§. XXXVI.

Guibertus Abbas Nogentiniensis.

Hujusmodi ferme Hæreticos, memineris Lector, Sueffione fuisse captos & crematos, ut refert Guibertus Abbas Nogentiniensis. Is e familia nobili Belvacensi genus ducens, Disciplinæ monasticæ in Abbatia S. Germeri traditus, auditor fuit S. Anselmi, qui tunc in Monasterio Beccensi degens, sæpe ad Guibertum invisebat, ipsum, haud sine delectatione, methodum Sacræ Scripturæ studendi edocens. Anno deinde millesimo centesimo quarto, cum S. Godefridus, Episcopus Ambianensis fuisset electus, Guibertus ei sufficitur in Abbatia Nogentiniensi infra Cuciacum, in Diocœsi Laudunensi, haud procul a confinio Diocœsis Sueffionensis posita, cui Guibertus annis viginti præfuit, studiis literarum, Prædicationi, edendis variis libris, præcipue vero informandis aliis Verbi Divini Præconibus, & refutandis Hæreticis, semper intentus, nunquam desidiosus.

Inter

Sup. lib. LXVI. §. 29. de vit. sua. lib. c. 14. c. 16.
Sup. lib. LXII. §. 50. lib. LXV. §. 32. vit. 1. c. 18.

Sæcul. XII.
A.C. 1123.

Inter Scripta Guiberti nullum celebre magis extat ipsius Tractatu de Reliquiis Sanctorum, occasione hujus Scriptationis exinde nata, quod Monachi S. Medardi Sueffione unum dentem Domini Nostri possidere se crederent. Initio Tractatus consentit, Sanctorum Reliquias a nobis esse honorandas, ut eorum exempla sectemur, & tutelam obtineamus, sed adjicit, nullam dubitandi causam vel de Sanctitate illorum, quos colimus, vel de veritate, quod genuinæ sint, superesse debere. Porro non credit, sola miracula sufficiens esse Sanctitatis argumentum, & oblata occasione de opinione jam illa atate stabilita, quod Rex Franciæ strumosos sanare posset, mentionem facit. *Severe puniendi sunt, inquit, qui miracula comminiscuntur, quia cum Deo tribuunt, quæ non fecit, Deum, quoad possunt, mentiri cogunt.* Tum complura exempla de conficta vita Sanctorum & de Reliquiis adulterinis refert, atque ut ostendat, quam caute circa res incertitas agat Ecclesia, dicit, quod illa intrepide affirmare non audeat, Sanctam Virginem a mortuis resurrexisse, etiamsi firmissima id credendi argumenta suppetant, sed solummodo Fideles ita sentire permittat. Guibertus vituperat morem, quo Corpora Sanctorum e suis sepulchris educuntur, alio transferuntur, aut

c. 4.

aut dividuntur, quod ista antiquitati re- Sæcul. XII.
pugnent, & falsas Reliquias supponendi A.C. 1123.
occasionem præbeant. Qua in re S. Gre- III. ep. 30.
gorii auctoritate nititur.

Deinde transiens ad Jesu Christi, ut *lib. II. c. 22*
aliqui credebant, Reliquias, affirmat, nul-
las alias nobis esse quærendas, quam Ev-
charistiam, in qua non aliquam sui cor-
poris partem, sed totum nobis reliquis-
set. Porro, non satis congruum futurum *c. 23*
fuisse, si nobis corpus suum sub forma
aliena dedisset, cum aliquam corporis
partem sub forma propria possedissemus.
In hoc loco Guibertus fuse probat præ-
sentiam realem Corporis Christi in Ev-
charistia, contra Berengarium, aliosque
illius ævi hæreticos, quod jam demon-
straverat in epistola sua ad Sigefridum
Abbatem data, dicitque hæc verba no-
tatu digna: *Si Eucharistia nihil est nisi* *p. 283.*
umbra & figura, profecto ex umbris anti-
quæ Legis in umbras, illis obscuriores, de-
voluti sumus! ()* Tandem Auctor ad *lib. III. c. 3.*
principalem Scriptionis suæ materiam re-
dit, nempe Domini Nostri dentem, quem
Christi dentientis fuisse dicebant, & ait,
idem sentiendum esse de umbilico Chri-
sti, quem alii habere putabant, ceteris-
que

(*) Nihil superest Protestantibus, quod huic
Guiberti Nogentiniensis argumento, ut cetera
omnia taceamus, solide opponant.

Sæcul. XII.
A.C. 1124.
c. 3. que hujusmodi Reliquiis. Omnes rejicit tanquam contrarias Fidei Resurrectionis, quæ Christum Resurgentem integrum corpus suum resumpsisse docet; nec præterea esse verisimile, quod Sancta Virgo talia servasset, quale etiam esset illud lac, quod tanquam Virginis in urbe Laudunensi exhibebatur. Ceterum hæc Guiberti sententia eo magis notari meretur, quod in omnibus suis libris atque etiam in hoc ipso, circa historias miraculis ornatas, valde credulus esse videatur. Guibertus anno millesimo centesimo vigesimo quarto animam Deo reddidit. (*)

§. XXXVII.

Callisti II. obitus. Honorius II. Papa.

In Adventu ejusdem anni Callistus II. Papa febre correptus celeri fato obiit duo-

(*) Natalis Alexander articulum de Guiberto nostro ita inchoat: *Guibertus Patria Bellouacensis in Cænobio Flaviacensi sive S. Geremari, Ordinis Benedictini . . . Monachum induit, generis nobilitate, divitiisque posthabitis. Itaque Guibertus clarissimis ex Ordine S. Patris nostri viris accensendus est, qui, in materia de Eucharistia, realem Christi præsentiam strenue asseruerunt, & in Articulo de Reliquiis, abusus, vel a fordida avaritia, vel nimia credulitate injectos, virili constantia damnarunt.*

duodecima Decembris, & altera die in Festo S. Luciae sepultus est, cum sedisset annos quinque & menses decem, quo brevi temporis spatio pacem toti Ecclesiae, & Urbi Romanae reddidit. Complures ordinavit Cardinales & Episcopos, ac inter alios Petrum Leonis, cujus superius meminimus, Petrum Cardinalem Titulo S. Mariae trans Tiberim, & Theobaldum Titulo S. Anastasiae. Nemo Callistum vidit Basilicam S. Petri absque dono intrare, praesertim si cantanda ibi esset Missa. Vestes pretiosas, munera ex argento, & fundos S. Petro donavit. Aquam per meatus subterraneos in Urbem invexit, & quaedam aedificia publica reparavit.

Idem Pontifex Compostellanum Episcopum, in honorem S. Jacobi, Metropolitanum constituit, eoque transtulit Dignitatem Episcopatus Emeritensis, quae Ecclesia, olim Lusitaniae Metropolitana, annis abhinc quadringentis a Mauris devastata fuerat. Episcopo Compostellano Suffraganeos dedit aliquot Episcopos Galaciae, ceterique subjecti remanserunt Archiepiscopo Bracarensi, cui Paschalis II. Papa Dignitatem, imminutam sub Dominatione Infidelium, integram reddidit, & jura Metropolitana in Galacia, Suffraganeos ejus nominans Episcopum Asturigensem, Lucensem, Tudanum,

Sæcul. XII.

A.C. 1124.

*Pandulf. ap.**Baron. Ep.**Papebr.**Vet. Cod. ap.**Baron. an.*1123. *V. Pa-**gi ibid.**ep. 6.*

Secul. XII. num, Minduniensem, Auriacensem, Por-
A.C. 1124. tugalensem, Conimbricensem, Lamecen-
 sem, Visejensem, Egitanensem, & Brito-
 niensem. In hac confirmatione Callistus
 Papa de Primatu Bracarenfi nullam men-
 tionem facit. (*)

Calli-

(*) In Martyrologio Gallicano Andreæ de
Saussay Callistus his verbis celebratur: *Roma*
depositio beatæ memoriæ Callisti Papæ II. ex
Archiepiscopo Viennensi, qui pacem cum Henri-
co V. Imperatore Ecclesiæ infestissimo feliciter
composuit, Vir plane Apostolicus virtutibus ac
miraculorum signis enituit. Alex. Natal. Art. III.
 pag. 87.

*Voltaire.

So sehr aber als die Römischen Päbste von dem
 ganzen Christlichen Alterthum gelobet und verehret
 worden, so unverschämt werden sie izo von des En-
 thers Jüngern beschimpfet und verachtet. Schrei-
 bet etwan ein Freydenker* einen Brief an eine
 Französische Komödiantin, in welcher der Pabst
 meißerlich verachtet wird, so muß ein solches Stük-
 ke zur Schmückung ihrer gelehrten Zeitungen die-
 nen. Es wird aber in dieser *Epitre* nicht nur der
 Pabst durchgezogen, sondern auch die Kirche über-
 haupt gelästert, und die Worte Christi in der heil-
 igen Schrift auf eine gottlose Art mißbraucht.
 Das thut gelehrten Protestanten nichts, wenn es
 nur etwas lustiges zu lesen giebet, und der Pabst,
 welchen gleichwohl ihre Voreltern als das rechts-
 mäßige Oberhaupt der ganzen Christenheit vereh-
 ret haben, recht anmüthig verhöhet wird,

Callisto defuncto, omnes Cardinales, *Sæcul. XII.*
 & Laicorum potentissimi, præcipue Pe- *A.C. 1123.*
 trus Leonis, Parens Cardinalis, & Leo *Pandulf.*
 Frangipanes, condixerunt, de electione
 futuri Pontificis usque in diem tertiam
 nihil omnino esse memorandum. Id ve-
 ro excogitaverat Frangipanes, ut spa-
 tium sibi esset, quo eligentium voces
 Lamberto Episcopo Ostiensi conciliaret,
 huic enim jam diu supremi Pontificatus
 honorem destinabat. Totus vero popu-
 lus Saxonem Anagninum, S. Stephani in
 Monte Cœlio Cardinalem, Papam fieri
 exoptabat, & Leo Frangipanes id ipsum
 sibi in votis esse simulabat, ut certius
 deciperet. Is sub noctem per nuncios
 unumquemque de Capellanis Cardina-
 lium præmonet, ut summo mane cum
 trabea rubea sub Cappa nigra, id non
 ignorantibus Dominis suis veniret. Quod
 eo faciebat consilio, ut singuli Cardina-
 les sperarent, ipso favente, ad Papatus
 Dignitatem se esse perventuros, aut sal-
 tem sine timore venirent, memores Ty-
 rannidis Frangipanum, quam ferme an-
 te Septennium adversus Gelasium, tanto
 Apostolicæ Sedis opprobrio, exercuis-
 sent.

Ergo, ubi illuxit, Cardinales, Papam *Sup. lib.*
 electuri, in Ecclesia S. Joannis Lateranen- *LXVI.*
 sis & in Oratorio S. Pancratii conveniunt,
 ubi postquam brevissime consultassent,
Hist. Eccles. Tom. XVI. M m Jo-

Sæcul. XII. Jonathas Cardinalis Diaconus, Titulo
 A.C. 1124. Sanctorum Cosmæ & Damiani, consen-

tientibus omnibus, Theobaldum Cardina-
 nalem Presbyterum, Titulo S. Anastasiæ
 Cappa rubea induit, & Cœlestinum Pa-
 pam appellat, inchoatur: *Te Deum Lau-*
damus, Lamberto Episcopo Ostiensi con-
 cinente. Sed cum necdum ad dimidium
 Hymni pervenissent, Robertus Frangipa-
 nes, cum aliis sibi consentaneis, atque
 etiam non nullis de Curia Papali, exclamare:
Lambertus, Episcopus Ostiensis, Papa! statimque eum in Oratorio S. Sil-
 vestri Vestitu Pontificio ornant. Maxi-
 mus quidem exortus est tumultus, ve-
 rum Cœlestino eadem die vix acceptum
 Pontificatum abdicante, cunctisque ele-
 ctionem Lamberti, addito Honorii II. no-
 mine, confirmantibus, pax & quies re-
 diit. Quia tamen electio minus Cano-
 nica præcesserat, post septem dierum la-
 psus, Honorius in conspectu Cardina-
 lium Mitram & Cappam deposuit, qui co-
 gnita viri humilitate, veriti, ne schisma-
 tis nasceretur occasio, quod perperam fa-
 ctum fuerat, in melius reformarunt, at-
 que, revocato Lamberto, ad ejus vesti-
 gia prostrati, tanquam Papæ obedientiam
 exhibuerunt.

*Cod. Vat. ap.
 Baron.*

Ceterum Honorius ante susceptum
 Pontificatum Lambertus Fagnanus vo-
 caba-

cabatur; parentibus mediocri fortunæ Sæcul. XII.
 in Comitatu Bononiensi natus, ubi dein- A C. 1124.
 de Archidiaconi munere functus est.

Cum esset in literis versatissimus Pascha- Ital. Sacr.
 lis Papa Romam accersitum Ecclesiæ Ve- to. 1. p. 77.
 litriensi, id est Ostiensi, post obitum Leo-
 nis Marforum vacanti, Episcopum præ-
 fecit; quippe illa jam ætate non tam
 urbs Ostiensis quam ejus ruinæ super-
 erant, quare uni Præsuli duæ Ecclesiæ
 nempe Velitriensis & Ostiensis commit-
 tebantur. Erat autem Velitrium urbs
 modica haud procul ab Ostiensi posita.
 Haud diu post Eugenius III. Papa duas
 Dioceses unam esse jussit, ita ut hodie
 solius Episcopatus Ostiensis nomen occur-
 rat. Honorius II. Sacram Sedem annos
 quinque & duos circiter menses obti-
 nuit.

Ital. Sacr.
 to. 1. p. 58.

§. XXXVIII.

S. Otto in Pomeraniam mittitur.

Honorii Pontificis auctoritate munitus
 S. Otto, Episcopus Bambergensis, in *Sup. lib.*
 Pomeraniam profectus, ad illorum po- LXV. § 25.
 pulorum conversionem incubuit. Per *vit. l. 1. c. 11.*
 annos viginti, ex quo Sanctus hic Præ- & 12. ap.
 sul Ecclesiam Bambergensem rexerat, *Canis. to. 2.*
 p. 344.

omnia dignissimi pastoris officia ita im-
 plevrat, ut omnibus profuerit. Inpri-
 mis vitam Monasticam profitentibus fa-
 vebat;

M m 2

Sæcul. XII. A.C. 1124. vebat; quindecim enim recensentur Monasteria, & sex Cellæ, seu Prioratus, ab ipso tum in propria Diœcesi, tum in aliis Germaniæ partibus, fundati. Quibusdam vero ob tantam multitudinem conditorum monasteriorum murmurantibus respondit; plurima hospitia necessaria iis esse, qui se in hoc mundo peregrinos, non permanentes incolas, esse scirent. Cum in Polonia non esset ignotus Otto, quia juvenis in illa Regione versatus fuerat, Boleslaus Dux, Pomerania armis in potestatem suam redacta, Religionem Christianam in ea propagaturus, Episcopo Bambergensi scripsit in hæc verba:

Lib. II. c. 4. *Non credo, te latere, quod Barbari Pomeraniæ in Ecclesiam Christi per portam Baptismi intrare cupiant. Sed dum jam per triennium hac cura fatigor, nullum Episcoporum aut Presbyterorum, qui in vicinia mea degunt, etsi aliqui idonei sint, promovere valeo, ad opus eximie charitatis suscipiendum. Itaque, cum compertum habeam, te ad omne opus proximo salutiferum semper promptissimo inveniri animo, obsecro, negotio huic præstantissimo, propter Dei gloriam, noli humeros subtrahere. Sumptus iter facienti necessarios supeditabo, militum præsidium, Interpretes, Presbyteros, omnia ad rem facientia, tibi concedam.*

Otto

Otto hanc epistolam tanquam vocem de cœlo allapsam suscipiens, Deo gratias dixit, quod ad Sanctissimum opus sua opera uti dignaretur. Tum Clericis suis ad consilium adhibitis, nuncios Romam misit, qui licentiam & Benedictionem Apostolicam a Callisto Papa peterent. Qua obtenta tantum propositum Imperatori & Principibus, Comitibus Bambergæ mense Majo anno millesimo centesimo vigesimo quarto celebrantibus, indicavit, & tota aula cunctisque præsentibus magno gaudio consentientibus ac consilium laudantibus, sola Ecclesia Bambergensis jacturam Præsulis carissimi, tanquam sibi jam mortui, amaris lacrymis deflebat. Ergo ad iter faciendum se comparat, præmonitus ab amicis, in Pomerania homines pauperes haud inveniri, sed ab incolis sperni; unde, cum quidam Dei Servi paupere habitu illorum regionem intrassent, non potuisse impetrare, ut audirentur, quod crederent Barbari, advenisse miseros homines, nihil aliud, quam inopiæ suæ solatium quærentes. Cum hæc animo revolvisset Otto, statuit, non modo paupertatis speciem a se remove-
re, sed etiam opulentiam ostentare, ut persuaderet Barbaris, se non eorum Bonis adjuvari, sed animas Deo lucrari cupere. Quare delectis viris Ecclesiasticis tanto operi idoneis, annonam in itinere

Sæcul. XII.
A.C. 1124.

Ab. Ursper.
an. 1124.

Sæcul. XII. A. C. 1124. abunde suffecturam colligi iussit, Missalia, aliosque libros, calices, vestes, cultum Sacerdotalem accepit, omniaque ad Ministerium Altaris necessaria, quæ inter Infideles reperiri non posse sciebat. Togas quoque, pretiosos pannos, & alia dona congrua congeffit, quibus Principum in illa gente animos sibi devinciret.

His ita preparatis, altera die post Festum S. Georgii, vigesimam quartam Aprilis, anno millesimo centesimo vigesimo **r. 6.** quinto, iter ingressus, peragrata Bohemia, Poloniam intrat, & Gnesnam, illa tempestate totius Regni Caput, pervenit. Ubique tanquam vir Apostolicus, Fidelibus solemniter obviam procedentibus, exceptus est, eique Dux Poloniæ omnesque Proceres nudis pedibus, ducentos ab urbe passus, occurrerunt. Una hebdomada apud Ducem diversatus, ab eo viæ socios accepit, viros utriusque linguæ Polonicæ & Teutonicæ gnaros, ex ejus Capellanis tres, & quemdam Ducem, nomine Paulicium, doctissimum, qui si opus foret, etiam fidem prædicantes juvare posset. Postquam sex dierum itinere ex immensa Silva vix emerferunt, sublitterunt ad ripam amnis, qui Poloniam a Pomeranis dividebat. Horum vero Dux, accepto de hospitem adventu nuncio, in adversa ripa cum viris quingentis castra posuerat. Igitur paucis

cis comitantibus, trajecto amne, Episcopus ^{Sæcul. XII.}
 pum magis gestu quam voce salutavit, A.C. 1125.
 diuque alter in alterius amplexu hæsit;
 quippe hic Princeps Christianus erat, sed
 ob metum Infidelium occultus. Dum am-
 bo a reliquis secreti, Paulicio interprete,
 sermonem conserunt, Barbari, qui cum
 Duce suo venerant, cum Clericos trepi-
 dantes conspicerent, scenam non injucun-
 dam adornabant, nam ut metum auge-
 rent, acutissimos pugiones exerebant, si-
 mulabantque, se advenas totos dilaniatu-
 ros, vel saltem pellem detracturos, in illa
 capitis parte, quam corona Clericalis cir-
 cumdabat; minabantur, se eos in terram
 collo tenus defossuros, & plurimis mo-
 dis excruciatos necaturos. Quare Cle-
 rici attoniti ad martyrium sustinendum
 animos comparabant. Sed diutius opti-
 mos viros errare non tulit Dux, signifi-
 cans, se ipsum & omnes præsentis Chri-
 stianis Sacris esse initiatos, quo cognito,
 timor panicus in utriusque partis risum
 desit. Episcopus deinde dona parata Du-
 ci obtulit, qui Verbi Divini præconem in
 omnibus suis ditionibus recipi iussit,
 omniaque necessaria liberaliter concessit,
 additis viris viarum peritis & famulis.
 Ita Otto Episcopus cum sociis suis, su-
 perato flumine, magna fiducia Pomera-
 niæ pedem infert.

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

§. XXXIX.

Conversio Piritziensium.

In Pomerania Fidei Prædicatores primo Piritzium iter direxerunt, cumque in via ad oppida bellorum furore attrita devenirent, pauci incolæ, ruinis supersites, interrogati, an Christiani esse vellent, ad pedes Episcopi se se demittentes rogabant, ut ipsos erudiret & baptizaret. Otto triginta volentes Sacro fonte abluit, quos velut messis Spiritualis primitias habuit. Piritziensium civitati appropinquantes, procul quater circiter mille viros conspiciunt, qui ex tota Provincia convenerant, ut Festum more Gentilium anniversarium celebrarent; lætabundi ululabant magno tumultu. Quia vero nox ingruerat, crediderunt Clerici e re sua minime fore, si noctu homines lætitia & commestatione accensos adirent. At prima luce Paulicius & quidam delecti conspectum præcipuorum in illa urbe subeunt, adventum Episcopi denunciant, & nomine Ducis Poloniæ Ducisque Pomeraniæ mandata exponunt, quibus eundem humane recipere, & prædicantem audire jubebantur. Adjiciunt, virum esse spectatæ auctoritatis, domi divitem, nihil mercedis a quoquam mortalium sperantem, quem solum Salutis ipsorum desiderium adduxisset. Meminissent promisso-

missorum suorum, & quanta in bello, vix ^{Sæcul. XII.}
 nuper extincto, perpeffi fuissent; iram ^{A C. 1125.}
 Dei a suis cervicibus amoverent. Omnes
 denique Gentes Christo nomen dedisse,
 quibus pauci oppidani nequicquam re-
 pugnant.

Pagani, mente turbati, moram ad
 deliberandum in re tam seria petunt. At
 Paulicius & Delegati subolentes, astu-
 tiam esse, Episcopi præsentiam effugere
 volentium, inquit, ipsis hac hora & hic
 stantibus deliberandum esse; advenisse
 Episcopum, quem si admittere diu detre-
 ctarent, ob virum contemptum offensos
 Duces habituros esse. Tum perterriti
 quod Episcopus immineret, condicunt
 se Hospitem lubenter esse recepturos;
 cognoscere enim jam, quod maximo illi
 Deo, qui omnia eorum consilia eluderet,
 reluctari non possent. Satis etiam
 suorum impotentiam sibi patere. Mox
 ubi ipsis jubentibus, quid Primores sta-
 tuissent, vulgatum est, totus populus,
 qui necdum Conventum solverat, magna
 voce expetere, ut admitteretur Episco-
 pus, quem conspicerent & audirent,
 priusquam quisque ad sua remearet.
 Venit ergo Otto cum omnibus sociis, &
 in area, qua aditus in urbem erat, ten-
 toria fixit. Occurrebant turmatim Bar-
 bari, cupidis oculis Hospitem intuentes.

M m 5 Tum-

Sæcul. XII. Tumque Ottoni & omnibus sociis diver-
 A.C. 1125. soria benigne constituunt.

Inter hæc Episcopus loco editiore
 conscenso, & cultu Pontificio fulgens, ad
 populum avidissime, quid dicturus esset,
 expectantem, opera interpretis verba fe-
 cit in hunc modum: *Benedicti estis in
 Nomine Domini, qui nos advenas placido
 animo excepistis. Novistis forsitan, prius-
 quam eloquar, quæ causa subsit, ob quam
 tam longo itinere ad vos venimus, videli-
 cet ob Salutem vestram & felicitatem;*
 Baptismus
 per immer-
 sionem, *quippe æternum Beati futuri estis, si Con-
 ditorem Vestrum cognoscere, eique servire
 volueritis.* Episcopo simplici sermone
 huic populo veritatem exponente, omnes
 una voce exclamare; paratos animos ha-
 biturum esse, si Fidei Christianæ Capita
 ex ordine rudes edoceret. Itaque cum
 septem dies Catechumenis Doctrinam
 Jesu Christi, adjuvantibus se Presbyte-
 ris & Clericis, explanasset, omnibus tri-
 duanum jejunium indixit, iussitque sin-
 gulos balneo mundari, & Baptismum ac-
 cepturos candidas vestes parare. Tria
 deinde Baptisteria construi curavit,
 unum, in quo ipse adolescentes mares
 baptizaret, & alia duo, in quibus Presby-
 teri hinc viros, & illinc feminas seorsum
 abluerent. Erant vero hæc Baptisteria
 magna dolia humi fixa, ea altitudine, ut
 eorum labra ad genua circumstantium
 per-

pervenirent, & si aqua implerentur, baptizandis facilis esset descensus. Circum-

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

dabantur etiam velis, quæ modicis columnis dependebant, & in loco, in quo stabat Presbyter cum suis ministris, aliud linteum e funiculo suspensum erat, ut modestiæ omnino consuleretur, & in actione tam Sancta nihil fieret, quod honestatem læderet, aut hominum verecundissimi refugerent.

Ergo hunc populum, ad recipiendum Baptismum accedentem, Episcopus congrua oratione ad perseverandum exhortatus est. Tum, maribus ad dextram & feminis ad sinistram ex ordine positis, unctioem Catechumenorum peregit, unctosque ad Baptistaria procedere iussit. Singuli cum solo patrino accedebant, cui sub siparium intrantes cereum, quem habebant & vestem, qua tegebantur, tradebant; eamque patrinus ante oculos suos extensam tenebat, donec baptizatus ex aqua exiret. Ex altera parte Presbyter, ubi advertibat Catechumenum in aquam se demisisse, remoto paululum sipario, ter caput ejus immergens, baptizabat, moxque Chrismate ungebat, tunicam candidam præbebat, & ex aqua exire jubebat; quem egredientem patrinus alba veste, quam acceperat, induebat, & reducebat. In hyeme conferebatur Baptismus aqua calefacta & in balneariis,

Sæcul. XII. neariis, thure, aliisque odoribus aroma-
 A.C. 1125. ticis adhibitis. Hoc modo baptizaban-
 tur Infideles per immersionem, Christianæ
 modestiæ decore in omnibus ser-
 vato.

c. 8.

Septem
Sacramenta.ap. Abb. Ur-
/perg. anno
1125.

Otto igitur, ejusque Discipuli, tres
 circiter septimanas Piritzii versati, Neo-
 phytos omnia Christianæ Religionis offi-
 cia edocebant, videlicet, servare Festa,
 Dominicam, & Feriam sextam, jejunium
 Quadragesimæ quatuor temporum & Vi-
 giliarum. Legimus in quodam illius ævi
 Scripto, Ottonem hos populos a sangui-
 ne & carnibus animalium suffocatorum
 abstinere jussisse. Cum tam brevi tem-
 poris spatio Ecclesiam condere non pos-
 set, interim Sanctuarium construxit, &
 Altare consecravit, in quo Missam cele-
 brari præcepit, deditque Presbyterum,
 libros, calicem, & reliquam Sacram Sup-
 plectilem. Quæ omnia Fideles con-
 versi, numero ferme septem millia, læti
 & mire devoti, antiqua superstitione pe-
 nitus abjecta, receperunt. Priusquam
 valediceret, Sanctus Episcopus eleganti
 oratione eos hortatus est, ut in Fide su-
 scepta constantes nunquam ad Idolola-
 triam sicut canes ad vomitum redirent.
 Summatim explicat Doctrinam de se-
 ptem Sacramentis, quæ hoc ordine com-
 memorat, Baptismum, Confirmationem,
 Unctionem infirmorum, Eucharistiam,
 Pœni-

Pœnitentiam, Matrimonium & Ordinem. (*) Admonet, infantes præscripto ab Ecclesia tempore, nempe in Paschate & Pentecoste, deferendos esse ad Presbyteros, qui eos suis manibus baptizent; omnem enim hominem, sine Baptismo mortuum, Regno Dei privari, & pœnam peccati Originalis æternam sustinere. Suadet, ut Sacerdoti Missam celebranti frequenter adsint, & in anno saltem ter quaterve communionem accipiant. Ubi de Matrimonio agit, virum plures uxores habere vetat, quia in illis populis polygamia res licita credebatur. Item prohibet, ne infantes interficiant, quippe quando eis feminæ magno numero nascuntur, quod sexus ille sit onerosior, a parentibus in cunis necabantur. Quæ inhumana crudelitas apud veteres quoque Gentiles viguisse legitur.

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

Sup. l. III.
S. 40.
S. Just. 1.
Apol. p. 70.

Piritzio Episcopus Caminium divertit, ubi Pomeraniæ Ducissam habuit, quæ cum esset clam Christiana, Præsulem maximo lætitiæ sensu excepit. Ipse sex ferme

c. 9. 10.

(*) Hier wird dasjenige, was in der dreyzehnten Anmerkung gesagt worden, so viel als es das heilige Sacrament der Buße anbetrifft, gründlich bestärket. Wenn dieses die Meinung der ganzen Kirche nicht gewesen wäre, würde sich wohl niemand gesunden haben, der dem Heiligen Otto widersprochen hätte?

Sæcul. XII. me septimanis in illa urbe moratus tan-
A.C. 1125. tam populi multitudinem Sacro Baptis-
 mate ad vitam æternam generavit, ut,
 licet laboris partem Presbyteri in se susci-
 perent, Alba Episcopalis, sudore vultus
 defluente, usque ad cingulum sæpe ma-
 deret. Sed corporis molestiam ingens
 cordis solatium allevabat. Uratislaus
 Dux quoque Caminium se contulit, &
 viginti quatuor pellices, quas illius Gen-
 tis more præter Ducissam aluerat, dimi-
 sit, pluribus aliis Proceribus exemplum
 Domini sui sequentibus.

c. 11. 12.

§. XL.

*Stetimenses & Wolinenses &c. con-
 vertuntur.*

At neutiquam simili benevolentia S. Epi-
 scopus Wolini exceptus est, urbe il-
 la ætate celeberrima, ob mercaturæ stu-
 dium opulentissima in Julina Insula, quæ
 c. 11. deinde ab ipsa nomen traxit, ubi Via-
 drus, latissimus amnis, undas in mare
 devolvit, posita. Crudele erat & fero-
 cissimum incolarum ingenium; nam li-
 cet Episcopus cum suis in ipsius Ducis
 Palatio diversaretur, irruerunt tamen
 furore amentes, in Sacerdotem violentas
 manus injecturi. Ottonis socios tan-
 to impetu territos spes tamen Martyrii
 palam consequendi reficiebat; sed tan-
 dem Episcopus, aliquot verberibus affe-
 ctus,

ctus, & cum fugeret, in cœnum lapsus, Sæcul. XII.
Barbarorum manibus ereptus est. Jul. A C. 1125.

nenses deinde promiserunt, idem se facturos esse, quod Stetineses fecissent; nam Stetinum, ut hodieque est, jam illa tempestate totius Pomeraniæ caput existebat. Quare Episcopus Stetinum proficiscitur, & Paulicius cum duorum Ducum Nunciis Primores Civitatis adit, persuasurus, ut Veritatis Præconem reciperent. Illi respondent: *A legibus nostris nec latum unguem recedemus, nihil nobis in Religione nostra displicet. Inter vos Christianos dicuntur multi fures & raptores reperiri, quibus, ut coerceatur eorum impietas, pedes amputantur & eruuntur oculi. De aliis ob maxima crimina sumuntur alia supplicia. Christianus Christianum, ut fama constat, sæpe abominatur. Absit a nobis longissime vestra Religio. Scilicet apud hos Paganos furtum & rapina crimina erant ignota.*

S. Otto duorum mensium spatio nihil ab obstinatis obtinere potuit, nisi quod utrinque condictum fuerit, mittendos esse ad Ducem Poloniæ Legatos. Tandem vero ex Stetinesium responsis spem concipere licuit, eos ad Christianorum Sacra transituros, si Dux Poloniæ ipsis pacem firmam concederet, & imperati tributi partem relaxaret. Interim
tam

Sæcul. XII. tam Episcopus quam Presbyteri bis in
A.C. 1125. qualibet septimana (nempe illis diebus

quibus nundinæ celebrabantur) in foro
 fidem prædicabant, Sacerdotali cultu or-
 nati & Crucem præferentes. Res nova
 c. 16. 17. 18. multos agrestes ad concionem pertra-
 xit; primos autem omnium Episcopus
 convertit duos ex illa urbe juvenes, po-
 tentis viri filios, qui cum ad Antistitem
 primum matrem, suamque familiam per-
 duxissent, pluribus aliis deinde ad am-
 plectendum Christiana Sacra auctores
 fuerunt, narrantes, quid in domo Episco-
 pi, diutius apud ipsum diversantes, vi-
 dissent, quam caste, quam sobrie viveret,
 quanta mansuetudine & charitate vir es-
 set. *Captivos in vinculis computrescen-
 tes, inquebant, proprio ære redimit, nu-
 trivit, vestit, & libertate donat. Deus
 conspicabilem formam indutus videri pos-
 set; sed dicit, se esse servum Dei Altissi-
 mi, qui ipsum Salutis nostræ causa ad nos
 misit.* Ita complures fidem edoceri cu-
 pierunt, & baptizati sunt, priusquam Le-
 gati rediissent. Illi Ducis Poloniae epi-
 stolam attulerunt, qui & tributa minui
 consentiebat, & pacem, quam petebant,
 bona fide pollicebatur. Ergo postquam
 publice deliberatum, omnes Legis Evan-
 gelicæ jugo colla submiserunt.

Episcopus, prædicando insistens, per-
 suasit, ut Stetinenses Idola sua demoliri
 vellent;

vellent; & quia antiqua Simulacrorum reverentia & timor eos rem suis manibus perficere prohibebat, ipse cum Presbyteris suis ad ea procedens, ad destruenda fana manus adhiberi jussit; tumque pagani conspicientes, facinus inultum remanere, veteri veneratione in contemptum versa, templa Deorum, se ipsos tueri nescientium, vi diruere cœperunt. Templum ceteris augustius magnis splendebat divitiis, quas cum cives Episcopo ejusque Presbyteris dono dare vellet, ipse respondit: *Absit hoc, Fratres, absit! ut vestris spoliis oneremur, sunt nobis domi opes satis magna, quin potius itaque hæc vobis ipsis servate.* Tum omnia, aspersione Aquæ Benedictæ & signo Crucis mundata, inter ipsos dividi jussit. Unicum sibi delegit Idolum, cui tria erant capita, & corpore comminuto capita cohærentia asportavit, eaque postmodum, tanquam belli cum Idololatria gesti Trophæum, ad Summum Pontificem transmisit. Ceterum tres adhuc menses Episcopus in obsequium Neophytorum docendo, baptizando & Religionem stabiliendo Stetini absumpsit.

S. Otto Wolinum reversus Incolas ad recipiendum Evangelium paratissimos habuit; nam dum ipse Stetini egit, Wolinenses viros prudentes clam miserant, qui omnia solerter explorarent. Hi ve-

Hist. Eccles. Tom. XVI. N n ro

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

S. Otto
Pomeraniæ
Apostolus.
c. 20.

c. 25.

c. 21.

Sæcul. XII. ro retulerant, hos Christianos fraudis &
 A.C. 1125. astutiæ suspectos esse non posse. Eorum

Doctrinam sanam esse & Sanctam, jamque unanimi Stetinsium consensu receptam. Ergo Wolinenses latitia ingenti Episcopum excipiunt, & injurias in primo itinere acceptas beneficiis delere conantur. Vix duorum mensium spatium ad omnes abluendos, qui baptizari petierunt, suffecit. Quia vero Wolinum in medio Pomeraniæ situm erat, placuit duobus Ducibus in illa urbe Sedem Episcopalem figere, ut commoditati illorum consulerent, qui Sacrum Chrisma multaque alia ab Episcopo accipere debent. Inde S. Otto Colbergam & ad alias urbes, ac etiam Belgradum, hodie *Belgart*, divertit, ubi itineris sui Apostolici metas posuit. Hyems enim imminabat, & Bambergam redire festinabat. Per urbes tamen, quas converterat, transit, Ecclesias ipso absente ædificatas consecravit, Sacramentum Confirmationis, atque etiam Baptismi compluribus dedit, qui in prima ejus profectioe a domo aberant. Cumque omnes scirent propediem ex illa provincia abiturum esse, turmatim convolabant, ut valedicerent, arbitrati infelices illos fore, qui a Communi Patre Benedictionem non acciperent. Porro omnibus viribus adlaborabant, Ottonem apud se detinere, rogabantque,

ut

ut ipsorum Episcopus esse dignaretur, constantem & promptissimam obedientiam pollicentes, atque id ipsum Vir Sanctus animo constituerat, sed Clerici Bambergenses aliud persuaserunt. Rediit autem per Poloniam, cujus Regionis Dux toto itinere omnia præstitit, quæ amicus sincerus amico exhibere possit, & Episcopum Pomeraniæ nominavit Albertum, ex tribus suis Capellanis, quos Ottoni socios dederat, alterum. Tandem Otto, postquam uno ferme anno absens fuisset, ut proposuerat, ante Dominicam Palmarum, hoc anno millesimo centesimo vigesimo sexto in quartam Aprilis incidentem, Bambergam pervenit. Hæc narratio ex quodam illius in Pomeraniam itineris socio, qui vitam Ottonis conscripsit, excerpta est.

æcul. XII.
A.C. 1125.

§. XLI.

Henrici V. obitus. Lotharius II. Rex Germaniæ.

Inter hæc Germania alium Dominum sortita erat. Quippe Henricus V. Imperator Ultrajecti, Sabbato post Pentecostem, vigesima tertia Maji, anno millesimo centesimo vigesimo quinto, e vita excessit, postquam imperasset annos novemdecim, & Spiræ tumulo illatus est. In eo extincta est Stirps Saxonica, quæ ab Electione Henrici Aucupis annos du-

*Dodech. an.
1125. Rob.
de M. anno
1120.*

Sæcul. XII. centos & septem Regnum tenuerat, nam
 A.C. 1125. Henricus V. nulla prole relicta obiit. (*)
 Principes autem Imperii defuncto per
 electionem subrogarunt Lotharium, qui
 Otto Fri- electionem subrogarunt Lotharium, qui
 sng. VII. Titulum Ducis Saxonie assumpserat ob
 Chro. c. 17. Rixam uxorem suam, a patruo S. Henri-
 ci genus ducentem. Sed ipse Patre Geb-
 hardo, Comite de *Supplimburg*, natus
 erat. Is Moguntie trigesima Augusti in
 conventu Episcoporum & Principum,
 presentibus Sacre Sedis Legatis, electus,
 & Aquisgrani, die Dominica, decima
 tertia Septembris, a Friderico Archiepi-
 scopo Coloniensi, presentibus iisdem
 Legatis, coronatus, annos duodecim Sce-
 ptrum rotavit. Lotharius Secundus, ob
 Lotharium Caroli Magni nepotem, dici-
 tur.

§. XLII.

(*) De Henrico V. Palatinus Lib. XIX. cap. 2.
*Trajecti agens, diu celatam corporis infirmita-
 tem diutius tegere non valens (morbum vocant
 Dragunculi) qui illi natus erat. Regina Ma-
 thildi ac proximis detexit . . . Sicque Viati-
 co Christi, cæterisque Ecclesie Sacramentis mu-
 nitus diem clausit extremum . . . in dimidio
 dierum suorum, quod illi fertur Papa Paschalis
 prædixisse. Nam neque prolem vidit, neque se-
 nium attigit, neque temporum meruit tranquilli-
 tatem.*

§. XLII.

Sæcul. XII.

A.C. 1125.

Hildebertus Archiepiscopus Turonensis.

In Francia, Gilberto Archiepiscopo Turonensi vita functo, Hildebertus Episcopus Cenomanensis, eodem anno millesimo centesimo vigesimo quinto, anno ætatis sexagesimo octavo, quippe anno Salutis nostræ millesimo quinquagesimo septimo lucem primo aspexerat, in ejus locum surrogatus est. Locum nativitatis, Lavardinum in Territorio Vindocinensi, & modicarum opum parentes nactus erat. Puer literarum studiis operam dedit felici successu, atque præter alios Magistros auscultavit Berengarium illum celebratissimum, cujus erroribus infectus non est, quamvis ipsius personam semper maximi fecisse videatur. *Hoel* Episcopus Cenomanensis Hildeberto discipulorum suorum scholam regendam commisit, eumque Archidiaconi munere decoravit, quod postquam per quinquennium obiisset, *Hoele* mortuo, Episcopus Cenomanensis anno millesimo nonagesimo septimo eligitur, annos natus quadraginta, atque eodem anno in Festo Nativitatis Domini a Rudolpho Archiepiscopo Turonensi ordinatur.

Hildebertum Episcopum Reges Angliæ Guilielmus Rufus, & Henricus I. diu multumque divexarunt, nam urbem Ce-

N n 3

noma-

*Gesta Episc.
Cenom. vita
per Anton.
Beugendre.*

Sæcul. XII.
A C. 1125.

III. ep. 7.
al. 24.

nomanum Regiæ ditionis esse affirmabant; uno anno in carcere detentus est, & sapius in Angliam navigare compulsus. Tandem tot adversitatibus defatigatus Paschalem II. Papam adiit, Episcopatu se abdicaturus. Sed consentire Papa noluit. In illo itinere Hildebertus spectator extitit, cum Monasterium Lerinense in die Pentecostes anno millesimo centesimo septimo ab Infidelibus direptum & flammis absumptum fuit. Ex Anglia rediens iterum a proditoribus capitur, & a Rotruvio Comite Perchiensi in custodia detinetur. Tandem vero dimissus, cum anno millesimo centesimo vigesimo cum Rege Angliæ in gratiam rediisset, totus ad reformandos Clericorum suorum mores, bellorum præteritorum licentia depravatos, incubuit, Ecclesias restauravit, ornavitque, præcipue Cathedralē suam, quam donis, a Principibus Normannorum in itinere suo Italico acceptis, locupletavit. Ceterum Hildebertus in se ipsum severissimus erat, super durum asserem cubabat, cilicio cingebatur, parcissime cibo utebatur, vigilabat, orabat, elemosynas liberaliter erogabat.

Anno millesimo centesimo vigesimo quinto, Gilberto Archiepiscopo fati functo, Hildebertus ut officio primi Suffraganei, & Sedis suæ prærogativæ satisficeret, Turonem se contulit, vacantem Eccle-

Ecclesiam curaturus. Ecce vero unani-^{Sæcul. XII.}
 mi Clericorum populique consensu Ar- A.C. 1125.
 chiepiscopus eligitur. Ipse jam tunc se-
 nectute gravis non nisi repugnante ani-
 mo acquievit, cujus electionem Ludovi-
 eus Crassus Rex & deinde Honorius II.
 Papa confirmarunt. Ad dignitatem Ar-
 chiepiscopalem evectus, eodem fervore,
 quo Episcopus assolebat, Synodos cele-
 bravit, Clericos suos erudivit, & pro-
 vinciam suam peragravit, cunctosque
 Suffraganeos sibi subjectos habuit, exce-
 pto Balderico Episcopo Dolensi, qui se
 Metropolitanam esse dicebat.

Quin etiam Hildebertum Conanus
 Comes Britanniae & illius provinciae Epi-
 scopi ad Ecclesias suas invitarunt, ubi
 complures abusus reprimeret. Ille eo-
 rum desiderio obsecutus Concilium in *to. 10. Conc.*
 urbe Nannetensi coegit, cui Comes cum *p. 918.*
 Episcopis, Abbates quoque, & viri alii *Hild. II. ep.*
 pii doctique interfuerunt. Hoc Conci-
 lium intra triduum absolutum est, atque
 in eo duæ inprimis consuetudines inhu-
 manæ abrogatæ. Primo, ne amplius ex
 vita decedente marito vel uxore omnia
 bona mobilia decedentis in potestatem
 Dynastæ transfrent, secundo, ne imposte-
 rum, quidquid evaderet ex naufragiis,
 arario Principis vindicaretur. Comes
 Britanniae utrique exactioni coram toto
 Concilio renunciavit, petitque, ut ana-

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

thema diceretur omnibus, qui earum alteri renunciare recusarent. Deceveruntque Episcopi, quod Princeps postulabat. Sub ejusdem pœnæ comminatione prohibita fuere conjugia incestuosa, & statutum, ut proles inde nata illegitima, nec hæreditatis paternæ acquirendæ capax haberetur. Item interdictum, ne filii Sacerdotum ordinarentur, nisi prius Canonici Regulares, aut Monachi fuissent. Qui vero jam prius ordinati essent, saltem in illis Ecclesiis, in quibus patres eorum serviissent, non ministrarent, ne qualiscunque successionis hæreditariæ, in Dignitatibus & Beneficiis Ecclesiasticis, tantopere prohibita, species esset. Tum Hildebertus, missis ad Honorium Papam hujus Synodi Decretis, confirmationem quam petebat obtinuit. Istud vero Concilium anno millesimo centesimo vigesimo septimo celebratum creditur.

§. XLIII.

Prima S. Bernardi Scripta.

Opuse. 7. Inter hæc S. Bernardus, quanta Doctrina polleret, duobus Libris, cum Honorius Summum Pontificatum auspicaretur, in lucem editis, palam fecit. Primus Tractatus prodiit de Gradibus Humilitatis, quem Geofrido propinquo suo, tunc Priori Claravallensi, & postea Episcopo Lingonensi, inscripsit; ab eo enim
roga

rogatus hunc concinnavit, ut fufius explicaret, quæ de hac virtute coram tota Congregatione differuerat. Humilitatem definit, esse virtutem, qua homo veriffima fui agnitione fibi ipfi vilefcit. Deinde ut clarius exponeret duodecim Humilitatis gradus in Regula S. Benedicti commemoratos, duodecim Superbiæ gradus iisdem oppositos enumeravit, ita ut ultimus gradus Superbiæ primo Humilitatis gradui respondeat, quia ibi ascendere incipimus, ubi descendere cessavimus. (*) Hoc opere in lucem edito, advertit S. Bernardus, quod vocem quandam adjunxerit, quæ in Sacro Textu non legitur, quamvis sensus non mutetur. Item quod loquens de Seraphim Sensum aliquem Mysticum attulisset, quem nullibi in Sacris literis legisset. Quare necessarium credidit confugere ad confessionis remedium, & duos hos articulos retractare, ut exemplum daret

N n 5 Theo-

Sæcul. XII.
A.C. 1125.

c. 10.

Reg. S. Ben.
c. 7.

(*) Verba S. Patris sunt cap. X. *Primus itaque Superbiæ gradus est Curiositas. Hanc autem talibus indiciis deprehendes. Si videris Monachum, de quo prius bene confidebas, ubique stat, ambulat, sedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspensas; e motibus exterioris hominis interiorem immutatum agnosces. Vir, quippe perversus annuit oculo, terit pede, digito loquitur. Prov. 6. 12.*

Sæcul. XII. Theologi, quam reverenter Sacer
 A.C. 1125. tus sit adducendus, & quam caute novas
 interpretationes devitare debeant. (*)

Opusc. 8.

Secundum S. Bernardi opus fuit Tra-
 ctatus de Amore Dei, quem Cardinali
 Aimerico, ab Honorio Papa Ecclesie
 Romanæ Cancellario creato, inscripsit.
 Erat Aimericus gente Francus, Castell
 in Territorio Bituricensi natus, a Calli-
 sto II. anno millesimo centesimo vi-
 gesimo primo Dignitate Cardinalitia de-
 coratus, arctissimo amicitie foedere S.
 Bernardo junctus. Cum ergo Cardina-
 lis S. Bernardi sententiam de multis que-
 stionibus audire exoptasset, ipse ad hanc
 solam

(*) Nempe loco verborum: *neque filius scit,*
 scripserat S. Bernardus: *nec ipse filius hominis*
scit. Matth. 24. S. Bern. in Retract. De Sera-
 phim autem hæc sunt Bernardi verba: *Seraphim*
namque aliis quidem alis suæ contemplationis
de throno ad scabellum, de scabello ad thronum
volantia, aliis caput Domini pedesque velantia
ad hoc ibi posita puto, ut sicut homini peccanti
paradisi per Cherubin prohibetur ingressus, ita
et per Seraphim tuæ curiositati modus impona-
tur: quatenus nec cæli jam magis impudenter
quam prudenter arcana rimeris, nec Ecclesie
Mysteria cognoscas in terris: sed solis conten-
tus sis cordibus superbiorum, qui nec in terra
dignantur esse sicut ceteri hominum, nec sicut
Angeli volant ad Cælum.

solam respondit; quare & quomodo
 amandus sit Deus. Dicit, Deum aman-
 dum esse sine modo, & primo quidem ut
 gratum animum ostendamus, quod nos
 prior amaverit, & innumeris tam corpo-
 ris quam animæ dotibus cumulaverit,
 quo titulo Infideles quoque ad eum aman-
 dum compellerentur. At Christianos,
 inquit, longe majoris ponderis argumen-
 ta urgent ad amandum Deum, cum Jesu
 Christi Mortem ejusque fructus cogi-
 tant. Nam præceptum Deum diligendi
 in nova Lege multo magis quam in ve-
 teri stringit. Præterea pensandum nobis
 est, quod Salus nostra in amore Dei con-
 sistat, quamvis non mercedis cujuscun-
 que desiderio amandus sit. Nam vera
 Charitas inutilis esse non potest etiamsi
 non sit mercenaria, sed mercedem me-
 reatur quam non quærit. Charitas nos
 recta via ad supremum Bonum, quod
 omnes exoptamus, & quod plerique in
 Creaturis longo circuitu frustra quærunt,
 deducit.

Tum S. Bernardus quatuor amoris
 gradus distinguit. In primis cum diligit
 se ipsum homo propter se. Secundo cum
 videns se per se non posse subsistere,
 Deum quasi sibi necessarium incipit dili-
 gere. Deinde cum attente & frequen-
 ter Deum cogitat, gustans quam suavis
 sit Dominus, transit ad tertium gradum,
 &

Sæcul. XII.
 A.C. 1125.

c. 2.

c. 3.

c. 8. 15.
 c. 9.

Sæcul. XII. & diligit Deum non jam propter se, sed
 A.C. 1125. propter ipsum. In quarto gradu se ipsum
 diligit homo tantum propter Deum. Sed
 c. 10. tanta amoris perfectio, juxta S. Bernar-
 dum in hac vita constitutis non congruit
 (nisi aliqui actus rari & transeuntes) quæ
 Beatorum in Cælo fixa & perpetua erit
 c. 11. felicitas. (*) Hic S. Bernardus Lectorem
 suum remittit ad illam epistolam, quam
 Guidoni Priori & Cartusianis ipsi subdi-
 tis scripserat, ejusque magnam partem
 huic Tractatui inserit. In ea dicit, ve-
 ram

(*) Audiamus Verba ipsius S. Bernardi in
 Tract. de dilig. Deo cap. ultimo. *Nescio si a quo-
 quam hominum quartus amoris gradus in hac
 vita perfecte apprehenditur, ut se scilicet dili-
 gat homo tantum propter Deum. Afferant hoc,
 si qui experti sunt, mihi, fateor, impossibile vi-
 detur. &c.*

Ad hanc S. Bernardi Doctrinam, dubitantis,
 non solum an amor omnis concupiscentiæ exclu-
 di, sed etiam an homo se ipsum amare, at tantum
 propter Deum, in hac vita possit, reflectere ani-
 mum illos Doctores oportet, qui affirmant, Deum
 amore benevolentiae puræ ita amari posse, ut
 nihil amoris concupiscentiæ admisceatur. Quip-
 pe omnis homo amans concipit Deum ut sum-
 mum & infinitum Bonum amabile; non autem
 conciperet, ut infinitum in se ipso & summum
 Bonum, nisi cogitaret, Deum simul ipsius aman-
 tis, quasi privatum & actuale Bonum existere;
 quod involvit amorem concupiscentiæ.

ram Charitatem illam esse, qua proximi
 nostri commodum pariter ac nostrum
 quarimus; *secus enim*, ait, *Bonum pro-*
pter nos non vero propter se ipsum exopta-
mus. Discernit mancipium, mercena-
 rium & filium. *Mancipium*, inquit,
Deum cogitat, quia potentissimus est, eum-
que timet. *Mercenarius cognoscit, Deum*
bonum esse, eumque tanquam sibi utilem
amat. *Filius quoque intelligit, Deum*
bonum esse, cumque amore puro, simplici,
casto, & non proprii commodi causa di-
ligit.

§. XLIV.

Concilium Londinense.

Honorius Papa in Angliam miserat Jo-
 annem Cremensem, Cardinalem
 Presbyterum titulo S. Chrysogoni, cum
 Legati potestatem, quam, a Callisto II. *to. 10. Conc.*
 acceptam, Honorius II. confirmavit, *p. 912. &c.*
 cessis Literis, decima tertia Aprilis datis,
 atque ejus auctoritate etiam in Scotiam
 extensa. Cum diu in Normannia reten-
 tus esset a Rege, tandem ipso permitten-
 te in Angliam transvehitur, & ab Eccle-
 siis honorifice excipitur. Tum consen-
 tiente Archiepiscopo Cantuariensi Con-
 cilium Londini in Festo Nativitatis Bea-
 tæ Virginis celebrandum indixit. Erat
 vero tunc Archiepiscopus Cantuariensis *Matth. Pa-*
 Guilielmus Corboliensis, qui anno mille-
 simo *ris. 1123.*

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

limo centesimo vigesimo tertio, Rudolpho, vigesima Octobris, anno millesimo centesimo vigesimo secundo fati functo, successerat. Cum igitur Guilielmus, datis literis Episcopos convocasset, celebratum est Concilium Westmonasterii nona Septembris anno millesimo centesimo vigesimo quinto, præsidente Legato cum duobus Archiepiscopis, Guilielmo Cantuariensi, & Turstaino Eboracensi, Episcopi vero viginti & Abbatibus circiter quadraginta assistentibus. In eo Concilio conditi sunt Canones septendecim, quibus potissimum antiqua decreta confirmantur, præsertim contra Simoniam, contra incontinentiam Clericorum, Ordinationes sine Titulo, & plura Beneficia possidentes. Præcipitur, ut illi Beneficiis suis priventur, qui ideo ad Ordines promoveri altiores nolunt, ut majore vitæ licentia frui possint. Concilio soluto Legatus duos Archiepiscopos Turstainum Eboracensem & Guilielmum Cantuariensem Romam misit, causam coram Pontifice dicturos.

c. 1. 2. 3.

13. 8. 12.

c. 6.

§. XLV.

S. Norbertus Archiepiscopus Magdeburgensis.

Bibl. Præmonstr. p. 391.

Sub idem tempus S. Norbertus Romam profectus est, ab Honorio Papa petiturus, ut Institutum suum confirmaret, quod

quod jam prius duo Legati Gelasii II. Pe-
 trus Leonis & Gregorius Cardinalis S.
 Angeli, literis suis Novioduni vigesima
 octava Junii anno millesimo centesimo
 vigesimo quinto datis, ratum habuerant.

Sæcul. XII.
 A.C. 1126.

*Vit. c. 13. ap.
 Boll. Bibl.*

p. 392.

S. Norberto Romam pervenienti, & hono-
 rifice excepto, Papa quæcunque petiit
 concessit; id enim cognoscimus ex Bul-
 la, decima sexta Februarii anno millesi-
 mo centesimo vigesimo sexto data, qua
 inter omnes alias, Ordini Præmonstraten-
 sium faventes, nulla antiquior extat. In
 ea Papa Institutum S. Norberti genera-
 tim & speciatim octo Abbatias, jam tunc
 præter Monasterium Præmonstratense
 fundatas, salva tamen Episcoporum Dico-
 cesanorum Jurisdictione, confirmat.

Ex itinere Romano Præmonstratum
 reversus Norbertus, cum Comitis Cam-
 pania nuptiæ, quæ ipso auctore promif-
 sæ fuerant, necdum processissent, a Co-
 mite rogatus in Germaniam iter susce-
 pit, ut cœptum negotium maturaret.
 Cum Spiram pervenisset, illic Legatos
 habuit Cleri populique Magdeburgensis,
 coram Rege Lothario congregatos, ut
 alium Archiepiscopum Rucherio, anno
 superiore millesimo centesimo vigesimo
 quinto fati functo, subrogarent. Ubi
 in illo conventu nunciatum est, Norber-
 tum advenisse, fama celebratissimum, il-
 lico advocatur, ut munus concionandi
 obiret,

*vit. c. 14.
 n. 87.*

Sæcul. XII. obiret, & super negotia pertractanda, quo-
 A.C. 1126. rum præcipuum electio Archiepiscopi
 Magdeburgensis erat, sententiam suam
 proferret. Aderant vero Legatus, nu-
 per Roma missus, Gerardus Cardinalis,
 qui postea Papa Lucius III. fuit, & per-
 multi Principes, quibus suadentibus, Le-
 gati Magdeburgenses tres viros, in Se-
 dem illius Ecclesiæ evehi dignos, quos in-
 ter Norbertus erat, hujus rei nescius, no-
 minarunt. Cumque de eligendo ex tri-
 bus uno diu animo fluctuarent, Albero
 tunc Primicerius Metensis, & exinde Ar-
 chiepiscopus Trevirensis, tacite Norber-
 tum digito monstrans, quem ipsos elige-
 re oporteret, indicavit, ipsi protinus ex-
 tensis manibus Norbertum corripunt,
 iterato clamore dicentes: *Hic est pater
 noster! hic est pastor noster!*

Ergo abstrahitur, attenuato corpore
 non reluctari, nec deliberare, quid in re
 subita sibi agendum esset, valens, sistitur
 Regi, cui hæc electio sicut omnibus aliis
 probabatur, quam etiam Sacræ Sedis Le-
 gatus confirmavit. Deducitur Magde-
 burgum, ubi, confluyente toto populo &
 ingentem lætitiâ profitente, exceptus
 est. Ipse, ubi procul urbem conspexit,
 reliquum viæ nudis pedibus confecit, se-
 quens solemnî pompa se præcedentes,
 qui Præsulem ad Ecclesiam & Palatium
 suum deduxerunt, tam paupere habitu
 ince-

incedentem, ut Ostiarius, subeuntem li-
 mina, dure repelleret, inquit, *jam diu*
ante ceteri mendici intrarunt, te vero no-
bilissimorum virorum vestigia premere
non decet. Tunc vero qui ultimi ingre-
 diebantur, clamare & Ostiarium increpa-
 re: *Miserrime stolo! quid agis? hic est*
Episcopus noster, Dominus tuus. Mox-
 que illum, cum pudorem non ferret, fu-
 gientem Norbertus revocat, & subridens,
nihil est, inquit, quod timeas, frater mi!
tu enim melius me nosti, quam omnes alii,
qui me indignum in hoc magnificum pala-
tium intrare compellunt. Tum Norber-
 tus, consecratus, Ecclesiam Magdebur-
 gensis annis octo rexit.

§. XLVI.

Schisma Cluniacensium.

At Petrus Mauritius vix annis tribus
 Abbatia Cluniacensi præfuerat, cum
 in illo Ordine Schisma non sine scandalo
 exortum est. Pontium enim, in Palæ-
 stina commorantem, brevi illius Regio-
 nis tædium subiit; ergo in Italiam redit,
 & Romam devitans in Episcopatu Tarvi-
 senci substitit, ubi parvum monasterium
 condidit. Sed nec ibi diu versatus in
 Franciam reversus est; dum interim ejus
 fautores vulgant, Pontium virum esse
 merito Sanctis adnumerandum, qui amo-
 re pœnitentiæ vinculis ferreis brachia

sæcul. XII.

A.C. 1126.

*Petr. II. mi-
rac. c. 12.**Petr. Pictav.
Paneg. Bil.
Clun. p. 613.**Hist. Eccles. Tom. XVI. O o sua*

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

sua constringeret, se se inedia conficeret, continuo oraret, & omnis generis morbos curaret. Hoc rumore præmissa, occasione usus, cum abesset Petrus Abbas, quem aliqua Ordinis negotia in Aquitania detinebant, licet se Cluniacum petere negaret, sensim tamen ad illud monasterium propius accedebat. Tum comitantibus quibusdam monachis fugitivis & Laicis armatis ad portas monasterii inexpectatus adest, & Bernardum Priorem, senem venerabilem, expellit. Tum monachis in diversa sparsis ipse cum omnibus suis, quos inter etiam mulieres irrepperant, Domum totam occupat.

Pontius, Cluniaco ita in suam potestatem redacto, quotquot ibi remanserant, tum minis tum tormentis ad præstandum sibi fidelitatis iuramentum coegit, recusantes vel ejecit, vel arcto carceri inclusit. Cruces, calices, Reliquiarum arcas, conflare iussit, unde maximam auri vim expressit, atque militibus suis, id est, vicinis Dynastis, & quoscunque impune latrocinandi spe in suas trahere partes poterat, stipendia numeravit. His subdiis Arces & prædia Monasterii aggressus, omnia flammis vastavit, quod bellum, tota æstate anni millesimi centesimi vigesimi quinti, ab initio Quadragesimæ usque ad Festum S. Remigii, tenuit. Bernardus vero Prior, & Monachorum præci-

præcipui, se se ut poterant in locis muni-
tis tuebantur.

Sæcul. XII.

A.C. 1126.

c. 13.

Honorius Papa, re comperta, Cardi-
nalem Petrum de Fontanis Legatum suum
in Franciam misit, qui cum Hubaldo Ar-
chiepiscopo Lugdunensi Pontium & Pon-
tianos, nam ejus Sectatores ita vocaban-
tur, terribili anathemate feriit. Postea
vero Papa partes in judicium præstituta
die vocavit, & Petri Abbatis quidem Fau-
tores illico paruerunt, ipse quoque Ro-
mam petiit, & inter omnes Ordinis sui
Priores Matthæum, Priorem S. Martini
de pratis, itineris socium sibi delegit.
Pontius quoque licet invitus, cum suis
Romam perrexit, & præfixa die ad judi-
cium venire jussus est. Quia autem
excommunicationis censura innodatus
erat, & secundum præscripta Canonum
in judicio stare non poterat, misit Pon-
tifex, qui suo nomine juberent, ut con-
grua pœnitentia exhibita tot flagitia de-
leret, & absolveretur, priusquam audi-
retur. Respondit Pontius; nemini mor-
taliū in hoc orbe terrarum ipsum ex-
communicandi jus & potestatem esse, qua
solus S. Petrus in cælo existens gauderet.
Summus Pontifex multo magis offensus,
& tota Roma, inaudita audacia commo-
ta, Pontium ut Schismaticum abominata
est. Tum Papa missis nunciis ad illos,
qui cum Pontio erant, an saltem ipsi pœ-

O o 2 niten-

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

nitentiæ signa, ob peracta tanta flagitia edere vellent, obtemperantes habuit; nam ad Palatii postes venerunt nudis pedibus, & reos se esse confessi, ab Excommunicationis pœna liberati sunt. Tum causam suam dixerunt nullo argumento, quod in rem suam esset, omisso. Contra Matthæus Prior pro Petro Abbate contra Pontianos viriliter peroravit. At Pontifex, utraque parte audita, cum tota Curia Romana surgens, ad conclave de re tanta cum paucis consultaturus, se proripuit. Diu deliberatum est; deinde autem post elapsam aliquot horarum spatium, cum omnibus Præsulibus rediens, & sedem suam repetens, Episcopum Portuensem sententiam recitare iussit, quod ipse peregit in hæc verba: *Sancta Romana Ecclesia ab omni dignitate & munere Ecclesiastico Pontium Invasorem, Sacrilegum, Schismaticum & excommunicatum, in perpetuum deponit, atque Monasterium Cluniacense, monachos subiectos, & omnia ad Monasterium pertinentia Abbatii præsentis, per nefas spoliato, restituit.*

Sententia pronunciata, qui ab Abbate Petro defecerant, ad officium redierunt, & uno momento extinctum est schisma. Pontius obstinato animo rebellis jubente Pontifice turri munitæ includitur. Et ecce, vix pauculis diebus elapsis

psis Franci omnes tam monachi quam ^{Sæcul. XII.}
 ejus familiares morbo fontico, Romæ ^{A.C. 1126.}
 grassante, corripuntur, & Petrus Abbas ^{Order. l. II.}
 quidem evasit, sed Pontius & corporis & ^{p. 872.}
 animi ægritudine consumptus vigesima
 octava Decembris animam exhalavit;
 quamvis autem sæpius monitus, pœni-
 tentiæ signa nulla edidisset, nihilominus
 Papa, ut famæ Monasterii Cluniacensis
 parceret, honorifice sepeliri eum jussit.

§. XLVII.

Matthæus Cardinalis.

Matthæum Priorem, causa strenue per-
 acta domum repetere cogitantem,
 Honorius Papa Romæ detinuit, ejus ope-
 ra usus in Ecclesiæ regimine, eumque
 Episcopum Albanensem consecravit. Is
 parentibus generis nobilitate conspicuis
 natus, in provincia Remensi, adolescens
 Clericis Ecclesiæ Laudunensis adscriptus,
 Rudolpho Viridi, tunc ut conjectura est,
 studiis literarum vacanti, & thesauro Ec-
 clesiæ Remensis Præfecto, socium se ad-
 junxit. Exinde cum Rudolphus ad Ar-
 chiepiscopatus honorem evectus fuisset,
 non passus est ab eo divelli Matthæus, &
 aliquamdiu Ecclesiæ Remensis Canoni-
 cus, Præfule ob morum affinitatem caris-
 simus, fuit. Sed optimus juvenis in ce-
 teris Sodalibus deprehendens, ferme ul-
 timam esse Religionis curam, sincerita-

c. 14.

c. 4. 5r

c. 6r

O o 3

tem

Sæcul. XII. tem animi contemni, omnibus ambitio-
 nem, cupiditatem, & invidiam domina-
 A.C. 1126.

ri, vitam monasticam amplecti statuit.
 Hoc sibi consilium esse Archiepiscopo ape-
 ruit, quin tamen omnia, quæ in mente
 habebat, manifestaverit, ne ab eo propo-
 sito abstraheretur, sed id solum exposuit,
 se conscientia tranquillitatem acquirere
 non posse, quod audivisset, Beneficia,
 quæ possideret, a patre suo, se incio fu-
 isse Simoniace coempta, ideoque animo
 constituisset, ea relinquere. Quidquid
 autem Archiepiscopus opponeret, immo-
 tus valedixit, & quia ab eodem Præsule
 Cluniacense Institutum sæpissime lauda-
 ri audiverat, illud suscipere sibi propo-
 suit. Ad ipsum tamen Monasterium Clu-
 niacense, nimis remotum, se non contu-
 lit, sed Cænobium S. Martini de pratis
 prope Parisios adiit, in quo eadem ac
 Cluniaci Disciplina regularis vigeat.

Anno professionis monasticæ septimo
 expleto, Matthæus Prior illius Monaste-
 rii constituitur, in quo tunc temporis Mo-
 nachi prope trecenti tam domi quam in
 aliis locis, ubi sub Prioribus, Priori S. Mar-
 tini subditis, degebant, numerabantur.
 Quamvis vero Monasterium inopia la-
 boraret, advenientes tamen hospites, Epi-
 scopos, Abbates, Proceres, omnisque
 conditionis homines splendide & laute
 habebat, unde Optimatibus & inprimis
 Ludo-

c. 7.

c. 8.

c. 9.

c. 10.

Ludovico & Henrico Regibus Franciæ & Angliæ carissimus fuit, a quibus complura beneficia accepit. Cum notasset, inter creditores Monasterii, quod multo ære alieno gravabatur, etiam Judæos reperiri, Monachos severe objurgavit; ut his Infidelibus debita cito restituerent, compulit, ac deinceps ullo cum iis commercio jungi vetuit. Petrus Mauritius deinde, anno primo, quo Abbas Cluniaci fuit, non ignorans, quantæ essent viri dotes, Matthæum ad se vocavit, nec tamen a munere Prioris in Monasterio S. Martini liberavit. Tum arctissimo amicitiae nexu ligati juncto conatu adlaborarunt, ad quosdam abusos, qui in mores Cluniacensium, tum circa alimenta, tum circa res alias, irreperant, abolendos. Tandem Matthæus, Cardinalis, & Episcopus Albanensis, creatus, nihil de consuetudinibus Monachi dimisit, nihil de longa Cluniacensium Psalmodia subtraxit, singulis, ut antea adsueverat, diebus Missam celebrabat, & in palatio Pontificis solitudini, quantum fieri poterat, studebat. Sæpe hac de re Papa conque- rebatur, & cum alii primo mane ad obsequia Pontificis festinarent, Episcopo Albanensi vix circa horam nonam matutinam ad curiam veniente, dicebat, Matthæum in servandis Monachorum moribus nimium esse. Hæc adjuncta vitæ

O o 4 Cardi-

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

c. II.

c. 14.

Sæcul. XII. Cardinalis Matthæi a Petro Abbate accepimus.
A.C. 1126.

§. XLVIII.

Prima S. Bernardi Epistola.

*Mabil. notæ
 suf. Apol.* **E**x relaxatione rigoris in servanda disciplina inter Cluniacenses, de qua Petrus loquitur, nata est S. Bernardo occasio, scribendi Apologeticum, quod ut nobis magis verisimile videtur, tempore Pontii Abbatis composuit; cum ejus perversa agendi ratio haud dubie hujus temporis causa extitit. Inde igitur magna contentio orta est inter Cluniacenses & Cistercienses de observantia Regulæ S. Benedicti, quam tam isti quam illi, sub diversis vestibus & aliis consuetudinibus, profitebantur.

*Bern. ep. I.
 cum not.* Cluniacenses, ut instituto Cisterciensium, tanquam observatu impossibili detraherent, inter alios quemdam juvenem, nomine Robertum, S. Bernardi patruem*, ad se pertraxerunt, qui postquam Cistercii professionem edidisset, Claravalle sub ejus Disciplina degebat. Is, puer a parente Cluniaci, sed sine perseverandi obligatione, oblati, postea crescente ætate propria voluntate Cisterciensibus nomen dederat; nihilominus Abbas Cluniacensis, illo tempore Pontius, quemdem ex suis Prioribus Claravallē misit, qui, rigorem illius Monaste-

* alii ex Sorore nepotem.

nasterii infaniam & discretionis defectum Sæcul. XII.
 vocans, juveni Roberto persuasit, ut in- A.C. 1126.
 de egrederetur, & Cluniacum deduxit.
 Ubi illico Ordinis habitu induitur, omni-
 bus, post victoriam triumphantium mo-
 re, exultantibus. (*) Quin etiam Romam
 nuncios miserunt, qui, cum causam, ut
 lubebat, nemine refellente, exposuissent,
 sententiam obtinuerunt, qua Robertus
 apud Cluniacenses manere jubebatur.
 Quare ad novam edendam professionem
 adolescentem compulerunt.

O o 5

S. Ber-

(*) Rem S. Bernardus narrat his verbis ep. I.
 num. 4. *Primo quidem missus est magnus qui-
 dam Prior ab ipso Principe Priorum: foris
 quidem apparens in vestimentis ovium, intrinse-
 cus autem lupus rapax, deceptisque custodibus,
 æstimantibus quippe ovem esse, væ, væ, admissus est
 solus ad solam lupus oviculam. Nec refugit ovi-
 cula lupum, quem & ipsa putabat ovem. Quid
 plura attrahit, allicit, blanditur & novi Evan-
 gelii prædicator commendat crapulam, parsi-
 moniam damnat; voluntariam paupertatem mi-
 seriam dicit, jejunia, vigiliis, silentium, manuum-
 que laborem vocat infaniam: e contrario otio-
 sitatem contemplationem nuncupat; edacitatem,
 loquacitatem, curiositatem cunctam denique in-
 temperantiam nominat discretionem. Quando,
 inquit, delectatur Deus cruciatibus nostris? ubi
 præcipit Scriptura quempiam se se interfice-
 re? &c.*

Sæcul. XII.

A.C. 1126.*vita I. Bern.*
c. 2.

S. Bernardus, postquam diu diffimulasset expectans, an forte piissimus Deus juvenem converteret, & ipse propriae conscientiae stimulos non ferens sponte rediret, tandem ad eum dedit epistolam, quam tenerrimus patris affectus dictavit, & melliflua plane eloquentia exornavit. In ea adolescenti exponit, quantum ab uno instituto ad aliud transeundo erraverit, nullum & obreptitium esse Summi Pontificis Rescriptum, & quanto Salutis suae periculo in errore perseveret. Tum etiam laxam inter Cluniacenses vitae rationem reprehendere non praetermittit. Ceterum hanc epistolam memorabiliorem reddidit miraculum; quippe Sanctus Bernardus, ut eam secreto dictaret, e Monasterii limine egressus cum monacho, notario suo, sub Dio confederat, & ecce, cum nubes subito imbrem effunderent, & amanuensis membranam, in qua literas exarabat, festinanter reconderet, *Opus Dei est, quod scribis*, inquit Bernardus, *perge cum fiducia*. Ille ergo scriptionem prosequitur, & quamvis circumquaque plueret, nulla tamen gutta epistolam madefecit. Guilielmus Abbas S. Theodorici, hoc factum narrans, se istud ab illo ipso monacho, qui jubente Bernardo scribebat, accepisse dicit. Verum hæc epistola, quoad Pontius in vivis egit, fructu caruit; sed eo mortuo, Petrus

trus Abbas Cluniacensis Robertum S. Bernar- Sæcul. XII.
 nardo remisit, quem ipse postmodum Ab- A.C. 1126.
 batem in Diœcesi Vesuntinensi consti-
 tuit.

§. XLIX.

Apologeticum S. Bernardi.

Itaque Monachi Cluniacenses S. Bernar-
 dum discordiæ inter ipsos & Cister-
 cienses auctorem, aut saltem rixarum in
 suis scriptationibus fautorem proclama-
 bant; quare Guilielmus Abbas S. Theo-
 dorici prope Remos, qui affectu singulari
 & veneratione Bernardum prosequeba-
 tur, eum excitavit, ut edita apologia sibi
 objecta dilueret, & quæ in moribus Clu-
 niacensium reprehensione digna cense-
 ret, adnotaret. Hæc ipsa est Apologiæ
 S. Bernardi materia ad eundem Guiliel-
 mum S. Theodorici directæ, & in duas *Bern. opuse.*
 Partes, ut ipse petebat, divisæ. In pri- 5. tom. I. p.
 ma Parte S. Bernardus profitetur, se suos 525.
 que a cupiditate quemcunque virorum
 Religiosorum ordinem vituperandi esse
 remotissimos; se enim miserabiliores
 omnibus hominibus futuros, si sub te-
 mnendis semicinctiis superbiam & alio-
 rum contemptum foverent, & nihil ipsis
 prodesset tanta vitæ austeritas, sed de-
 tractores & hypocritæ majore quam ce-
 teri luctu ad infernum descenderent. Or-
 dinem Cluniacensium laudat, & non nul-
 los

Sæcul XII.
A C. 1126.

c. 2.

los Religiosos nominat, quibus ab Ordine illo, ad Cisterciensem transire cupientibus suasisset, ut ibi manerent, quo vocati fuissent. Affirmat Ordinum Religiosorum varietatem non debere charitatem destruere. *Quæ etenim, inquit, securæ quies, quis tutus in ea status, si quilibet homo quemlibet Ordinem eligens alios aliter viventes aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicetur? præsertim cum impossibile sit, ut unus homo omnes Ordines teneat, vel unus Ordo omnes homines complectatur.* Et infra: *Itaque diversi diversa accipientes dona sive Cistercienses, sive Cluniacenses, sive Clerici Regulares, sive Laici fideles, omnis denique Ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas, omnis conditio, Ecclesiam constituunt unicam, formosam & perfectam.* Et iterum: *Unum Ordinem opere teneo & ceteros charitate. Faciet autem charitas, ut ne illorum quidem fructu frauder, quorum instituta non sequor, & potest fieri, Amice, frustra te laborasse; ut autem ego frustra diligam bonum, quod operaris, fieri omnino non potest.*

c. 4.

Deinde S. Bernardus ad monachos sui Ordinis aliorum Ordinum æmulos & obrectatores oratione conversus: *Quis vos, inquit, constituit iudices super eos? Qui in Regula gloriâmini, cur contra Regulam detrabitis? cur ante tempus & contra*

c. 5.

1. Cor. 4. 5.
Rom. 14. 4.

tra præceptum Apostoli alienos servos ju- Sæcul. XII.
dicatis? Fatetur Cluniacensium Disci- A.C.1126.
plinam circa vestimenta, alimenta, labo- Exhortatio
rem, Regulæ non ex toto esse consenta- ad Cister-
neam, sed asserit, Regulæ substantiam in- cientes.
his exterioribus non consistere. Maxi- c.6.

Maxima vobis cura est, inquit, ut corpus juxta Regulam induatur, & animæ vestes suas pietatem, humilitatem, ceterasque virtutes non providetis. Corpus multis laboribus atteritis, sed minus laborantes contemnitis, etsi plus habeant pietatis quam S. Paulus omnibus corporis exercitiis anteposit. Tum S. Bernardus transit ad secundum Apologiæ suæ partem, in qua præcipue vitia Cluniacensium disciplinam labefactantia demonstrat. *Et quidem, inquit, diligentibus Ordinem in hac re molestum me fore non timeo, cum non Ordinem sed Ordinis corruptionem vituperem.* Tum sic prosequitur:

Miror etenim unde inter monachos tanta intemperantia in commessationibus & potationibus, in vestimentis & lecti- sterniis, in adbibendis curribus & equis, in ædificiis inolescere potuit, quatenus ubi hæc studiosius ac effusius fiunt, ibi ordo melius teneri dicatur, ibi major putetur Religio. Ecce enim parcitas esse avaritia, sobrietas austeritas, silentium tristitia creditur. Contra tepor discretio appellatur, profusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachin-

Sæcul. XII. *cachinnatio jucunditas, ut cetera tace-*
 A.C. 1126. *mus, dicitur. Indulgentia, quam alter*

Cluniacen- *alteri impendimus, Charitas habetur; sed*
 sium abusus. *talis misericordia crudelitate plena est,*
qua videlicet ita corpori servitur, ut
anima juguletur. Inde singulatim ad
quædam vitia descendens lautissima mo-
 nachorum convivium carpit, in quibus, ait,
 e. 9. *rejectis piis sermonibus, aures vanis per-*
scuntur rumoribus. Fercula ferculis ap-
ponuntur, ac ut jactura carniæ repare-
tur grandia piscium corpora duplicantur.
Quin etiam tanta arte apparantur, ut si-
tiatis edendi desiderium renascatur, tam
multa & diversa vina afferuntur, vina
melle delibuta, odorata, & aliis industriis
dulcorata, ut vix singula degustari pos-
sint. () Illos deinde risu dignos exagi-*
 tat

(*) Non melliflua modo, sed etiam cedro & auro digna sunt in hoc loco S. Bernardi verba: *Venter quidem dum vescitur oneratur, sed varietas tollit fastidium, quia enim puras, ut eas natura creavit, epulas fastidimus, dum aliæ aliis multifarie permiscentur, & spretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula provocatur saporibus; transitur nimirum meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur, quis enim dicere sufficit, quot modis (ut cetera taceam) sola ova versantur & vexantur, quanto studio evertuntur, subvertuntur, liquan-*
 tur,

tat S. Pater, qui bona fruentes valetudi- Sæcul. XII.
ne in domo infirmorum se collocabant, A.C. 1126.
carnes manducandi cupiditate victi, item
alios

tur, durantur, diminuuntur; Et nunc quidem
frixæ, nunc assæ, nunc farsæ, nunc mixtim, nunc
sigillatim apponuntur? ut quid autem hæc omnia,
nisi ut soli fastidio consulatur? ipsa deinde qua-
litas rerum ita de foris apparere curatur, ut non
minus aspectus quam gustus delectetur: Et cum
jam stomachus crebris ructibus repletum se indi-
cet, necdum tamen curiositas satiatur. Sed dum
oculi coloribus palatum saporibus illiciuntur...
infelix stomachus oppressus magis obruitur,
quam reficitur. Jam vero de aquæ potu quid
dicam? omnes nimirum ex quo monachi sumus,
infirmos stomachos habemus, Et tam necessarium
Apostoli de utendo vino consilium non negligi-
mus, MODICO tamen quod ille præmisit, ne-
scio cur prætermisso... Sed cum venæ fue-
rint vino ingurgitatæ, toto in capite palpitan-
tes, sic surgenti a mensa quid aliud libet, nisi
dormire? si autem ad vigilias surgere indige-
stum cogis, non cantum, sed planctum potius ex-
torquebis. S. Bernard. in Apolog. Cap. VII. VIII.
& seq.

Hæc S. Doctor mellifluus & acerrimus, de
sui temporis Cluniacensibus scripsit. An vero ista
non nostræ quoque ætati congruant, prudenti le-
ctori discernendum, quid vero fugiendum, quid
emendandum sit, conscientia Abbatum no-
strorum, a quibus Dominus animarum ipsi-
sub-

Sæcul. XII. alios baculum manu portantes, quo ni-
 A.C. 1126. tantur & mentiantur in valetudinem,
consue. Clun. quam nullus pallor in vultu maciesve in-
lib. III. c. 26. dicant.

e. 10.

Tum in vestium luxum invehitur, & queritur, vestium a monachis parari non qui vilius, ut Regula præcipit, haberi possit, sed qui superbiæ satisfaciatur, quantumlibet demum pretio. *Videas, inquit, ex eodem panno pro nobili Equite Cblamydem & pro monacho cucullam confici, nec Princeps aut Rex indumentorum nostrorum materiam horrebit, si in formam ipsius consuetam aptata fuerit. Ceterum in habitu, inquit, non est Religio, sed in corde. Bene. Sed exterior superfluitas interioris vanitatis indicium est, & mollia indumenta animi molliem produunt. Cum vestem studiosissime quæris, cum pretiosorem emis, non utique ignorans, sed ex industria hæc facis.*

Et infra: *Miror, inquam, quomodo Abbates nostri talia fieri patientur. Nisi forte,*

* Cap. 7.

subditarum rationem exiget, relinquo. Quibus nihil addendum est, nisi iterum aliqua S. Bernardi verba: * *Si quibus vero hæc displicuerint, ipsi se manifestant, quia Ordinem non diligunt, cuius vitia damnari nolunt. Ipsi itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est ut scandalum oriatur, quam ut veritas deseratur. S. Greg. Hom. 7. in Ezech.*

forte, nemo audeat reprehendere, in quo se
 ipsum reum esse cognoscit. Quod enim, ut
 cetera taceam, specimen humilitatis est,
 cum tanta pompa & equitatu incedere,
 tot hominum crinitorum stipari obsequiis,
 ita ut duobus Episcopis unius Abbatis mul-
 tudo sufficeret? Mentior, si non vidi
 Abbatem sexaginta equos in suo comitatu
 ducere. (*) Ducas, si videas eos transeun-
 tes, non patres esse Monasteriorum, sed
 principes sæculares, non animarum sed
 Provinciarum Rectores. Vix denique
 quatuor leucis a sua quisquam domo rece-
 dit, nisi cum tota suppellectili sua, tan-
 quam sit vel iturus ad exercitum vel com-
 meaturus per desertum. Cur potius ad
 solatium mali nobiscum non ferimus suf-
 ficientem annonam, ne hospitibus nostris
 oneri simus?

Tandem S. Bernardus contra luxum
 in templis ornandis ita perorat: *Alia*
causa est Episcoporum, alia Monachorum.
Scimus enim, quod illi sapientibus & insi-
pientibus prodesse teneantur, & rudis po-
puli devotionem cum solis Spiritualibus
non possint, corporalibus excitent orna-
mentis. Nos vero Monachi, qui jam de
populo exivimus, qui omnia pretiosa ac
speciosa

E. 12.

(*) In nota additum est: *Id de Sugerio Ab-*
bate Dionysiano dictum putant. Et.

Sæcul. XII. *speciosa pro Christo reliquimus, quorum*
A.C. 1126. *devotionem, quæso, bis excitare intendi-*
mus? vel potius an stultorum admiratio-
nem, vel simplicium oblata quærimus?
nam ut aperte loquar, ostentatione sum-
ptuosæ magnificentiæ homines ad dandum
& offerendum magis quam ad orandum ac-
cenduntur. Quippe nescio quo pacto fiat,
quod ubi amplius divitiarum cernitur, ibi
libentius offeratur. Fulget Ecclesia in
parietibus, dum ejus pauperes necessariis
egent, & de sumptibus egenorum servitur
oculis divitum. Quid hæc ad monachos,
pauperes, viros Spirituales? Sed patia-
mur hæc fieri in Ecclesia. Verum in Clau-
stris coram legentibus Fratribus cur eo-
rum oculis picturæ monstra referentes ob-
versantur? quid ibi milites pugnantes,
quid venatores tubicinantes, quid immun-
dæ simiæ, quid feri leones, quid centauri
faciunt? nisi quod mentem abstrabant, &
fructum lectionis impediunt. Pro Deum!
si nos non pudet ineptiarum, saltem pigeat
expensarum. Tum Apologiam suam
claudit his verbis: Quæ in vestro Ordi-
ne laudabilia sunt laudo & prædico; si
quæ reprehendenda sunt, ut emendentur,
vobis & aliis amicis meis suadeo.

Mabil. ad S. Theodoricum tanquam Ordinis Clunia-
ep. 1. Bern. censis virum sermonem dirigat, nunquam
n. 9. tamen ejus Abbatia Congregationi Clu-
 niacen-

niacensium quodam vinculo juncta fuit. Sæcul. XII.
 Sed eadem servabatur disciplina, quam A.C. 1126.
 veteres proprie Ordinem appellabant.

§. I.

Apologeticum Petri Cluniacensis.

Petrus Abbas Cluniacensis, ne suis de-
 esse partibus videretur, sui Ordinis lib. I. ep. 23.
 Apologiam scripsit, data ad S. Bernar-
 dum, tanquam amicum carissimum, quem
 maximi faceret, epistola. Hæc vero præ-
 cipua fuere objecta & Responsa. S. Ber-
 nardus objiciebat Cluniacensibus: *Mo-
 nachos vestros recipitis necdum probatos,
 & præscriptum Novitiis exercendis an-
 num non servatis.* Petrus respondebat:
*Timemus, ne Vocationis suæ gratiam
 amittant, & ad Sæculum revertantur, ni-
 si cogitarent, se professionis suæ vinculo
 teneri. Fugitivos sæpius ac in Regula
 præcipitur, nempe etiam quater vel quin-
 quies redeuntes recipitis. Nempe Mife-
 ricordia Divinæ metas ponere non aude-
 mus. Monachis vestris talia vestimenta
 conceditis, de quibus in Regula nulla men-
 tio.* Respondit Petrus: *Regula permit-
 tit Fratres generatim pro ratione clima-
 tis & loci vestiri.* Similia respondet S.
 Bernardo objicienti, quod Cluniacenses
 ciborum præscriptorum numerum auxil-
 sent, dicens, in his disciplinæ dispensa-
 tionem a discretionem Præpositi pendere.

Sæcul. XII. *Laborem manuum negligitis.* Respon-
 A.C. 1126. *det: Sola causa cur laborem præcipiat Re-*

p. 681.

gula est, ut otium vitemus, quod vero, tem-
pus nostrum Sacris exercitationibus dan-
do, orando, legendo, psallendo pellimus.
 Tum citat exemplum S. Mauri, ex vita
 ejus apocrypha adductum. His adjicit
 Petrus, Monachis, si solis oleribus & le-
 guminibus alerentur, vires ad laborem
 ruralem non superfuturas, & contra de-
 corem status fore, si vilissimo labore oc-
 cupari conspicerentur viri, claustris, silen-
 tio, Lectioni, orationi, & officiis Eccle-
 siasticis destinati. Denique neminem,
 nisi a sana ratione alienum, affirmare,
 præstantius opus esse, arborem cædere
 quam Deum laudare.

p. 687.

Objectio S. Bernardi: *Non habetis Epi-*
scopum proprium contra morem non mo-
nachorum modo, sed etiam omnium Chri-
stianorum. Petrus: *Pro Episcopo habe-*
mus Papam, primum & omnium Episcopo-
rum dignissimum, qui Ecclesiam nostram
nulli alteri Episcopo, eam possidenti, sub-
traxit, sed a Fundatoribus rogatus sibi
soli subjectam servavit. Quia vero lon-
 gius distat, quam ut nobis Sacra olea, Or-
 dines, & reliqua, quæ in potestate Episco-
 porum sunt, conferre possit, hæc ex ipsius
 Papæ licentia a quocunque Episcopo Ca-
 tholico accipimus. Ceterum non soli su-
 mus, quibus Pontifices similia privilegia
 con-

concesserint, bujusque rei exempla de ipso ^{Sæcul. XII.}
Sancto Gregorio invenimus. Hic com- ^{A C. 1126.}
 memorat privilegia monachis in hunc ^{Conc. Rom.}
 finem concessa, ne Episcopi solitudinis ^{to 5. p. 1607.}
 monasticæ quietem turbarent, aut de ^{Sup. lib.}
 monasteriorum bonis temporalibus de- ^{XXXVI.}
 cernerent, atque exinde, quod superio- ^{§. 33.}
 rum temporum Papæ Monachos a Juris-
 dictione Episcoporum ex parte exem-
 erint, infert, eosdem a Pontificum illo-
 rum Successoribus potestati Episcoporum
 ex toto & simpliciter subtrahi potuis-
 se. (*)

P p 3

S. Ber-

(*) Maximi ponderis est objectio S. Bernar-
 di; quod *Monachi exempti nullum, contra mo-
 rem omnium Christianorum, habeant Episco-
 pum.* Sicut enim Summus Pontifex, qui pote-
 state a Christo Domino in totam Ecclesiam ac-
 cepta eminet, singulari Titulo, ut Successor S.
 Petri, in Cathedra Romana est Episcopus Roma-
 nus, ita etiam omnes alii Episcopi, quos *Spiri-
 tus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*, Act. Ap.
 cap. 20. suam singuli Diœcesim habent, in qua
 nullus alius in sensu stricto Episcopus est (nam
 implicare viderur, ut in una Ecclesia particula-
 ri duo sint in sensu proprio Episcopi) unde se-
 quitur quod S. Bernardus dicit, Monachos, in
 aliqua Diœcesi utique degentes, si ab Episcopi
 sui Diœcesani jurisdictione exempti sint, nullum
 habere Episcopum. Deinde Monachos simplici-
 ter & in perpetuum a Jurisdictione Episcopi Diœ-
 cesani

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

S. Bernardus: *Tenetis Ecclesias parochiales, percipitis primitias, decimas Clericis ob officia Ecclesiastica, quibus funguntur, debitas, & vobis non competentes. Petrus: Utrum magis æquitate nititur, quod Oblata a Fidelibus accipiunt monachi, qui continuas preces pro peccatis offerentium fundunt, aut Clerici, qui, sicut hodierna docet experientia, præcipue lucris temporalibus inbiant, & Salutem animarum sibi commissarum negligunt? & si ipsi ob Prædicationem & Administrationem Sacramentorum de redditibus Ecclesiasticis vivunt, cur monachis quoque ob*
pre-

cesani eximi, rem esse difficultate non carentem suboluisse videtur ipsi Petro Cluniacensi, cum dicat, Ordinem suum nulli Episcopo fuisse subtractum. Dicit postea Petrus Abbas, Monasteria sua exempta, cum Roma longius ab iis distet, Sacra Olea & Ordinationem Clericorum ab alio quocunque Episcopo accipere; quasivero Episcopi nullam aliam potestatem, quam Sacra olea distribuendi & ordinandi Clericos a Spiritu Sancto haberent, & non etiam melius Monachi Diæcesani a Superiore sibi proximo, nempe Episcopo suo, quam a Papa Superiore remoto, ordinare regi possent. Si autem Episcopus Bona Monasteriorum invadat, vexet, quietem monachorum turbet, non ideo exemptio perpetua est necessaria, sed tam Episcopi quam monachi a Summo Pontifice ad officium compelli debent & possunt.

preces, psalmodiam, eleemosynas, aliaque ^{Sæcul. XII.}
 bona Opera, pro Salute populi peracta, in- ^{A.C. 1126.}
 de vivere non liceat? Objectio: Vos

Cluniacenses in potestate habetis arces, vi- ^{Objecta}
 eos, servos utriusque sexus, & quod into- ^{contra Clu-}
 lerabilius est, vectigalia etiam & tribu- ^{niacenses.}

ta, qua in re a Sæcularibus hominibus non
 discernimini; unde, ut bona hæc contra
 Adversarios tueamini, in iudicio conten-
 ditis, ad Sæculum revertimini, non sine
 professionis Religiosæ contemptu. Re-
 sponsum: Cum totus terrarum orbis &
 omnia in eo contenta Domini sint, cuncta
 a Fidelibus oblata, sive mobilia sive immo-
 bilia sine discrimine accipimus, & cum
 Regula permittat Novitio Bona sua Mo-
 nasterio conferre, nihil legimus esse exce-
 ptum. His autem opibus prudentius uti-
 mur, quam Sæculares, qui a servis suis in
 anno ter quaterve census exigunt, aliisque
 vexationibus contra fas opprimunt, dum
 nos præter pensiones a lege præscriptas &
 obsequia debita nihil petimus. Quia ve-
 ro hæc bona possidere nobis licet, etiam ea
 in iudicio contra aggressores licet defende-
 re, & gravi culpa conscientias nostras one-
 raremus, si res Deo sacras ab invasoribus,
 nullo adhibito præsidio, diripi pateremur.

Petrus Cluniacensis Apologiam suam
 claudit addito responso universalis, quod
 Dei præcepta sint duplicis generis; unum
 nempe Charitatis, quod est æternum &

P p 4 immu-

p. 684.

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

immutabile, & cetera particularia, pro temporis & adjunctorum ratione, mutationi obnoxia. Ad hanc classem pertinere mores Monasticos & disciplinam, quæ proinde & posset & deberet toties mutari, quoties id postularet charitas. Secundum hanc legem supremam Præpositis, cuique in sua Congregatione, ad eum ferme modum quo Pontifici in tota Ecclesia, dispensandi jus esse. Addit, ex communi hominum præjudicio, naturam humanam tot annorum spatio post S. Benedicti ævum fuisse debilitatam. Suam opinionem confirmat auctoritate Abbatum Cluniacensium, Antecessorum suorum, & Monachos Cistercienses accusat, quod Charitatem lædant, cum subsidia necessaria ad conservandam sanitatem Fratribus denegant. Uter magis solide in sua Apologia argumentetur, an S. Bernardus vel Cluniacensis, prudentis Lectoris judicium sit. (*)

§. II.

(*) Non omni tamen fructu S. Bernardi sive Apologia sive Epistola caruit; sed audiamus Joannem Mabillonium in Admonitione ad hoc Opusculum: *Magna certe ex sequenti Libello consecuta est utilitas; cum non solum Cluniacenses, sed etiam alia, quæ ab ea societate disparata erant, monasteria, ejus lectione ad meliorem frugem se se receperint, inprimis Dionysianum Sugerio auctore: Et tandem Cisterciensium exem-*
plo

§. LI.

*Schisma in Monte Cassino.*Sæcul. XII.
A.C. 1126.

Eodem tempore, quo discordia in Monasterio Cluniacensi gliscebatur, Monasterium Cassinense quoque sædo schismate laborabat. Cum aliquando Lambertus Episcopus Ostiensis, postea Honorius Papa, ad Montem Cassinum venisset, & Oderisum II. Abbatem rogasset, ut sibi quoddam monasterium, ejus Abbatix subjectum, in hospitium concederet, in quo etiam Leo Marsorum Antecessor suus diversatus fuisset, Oderisus obsequium denegavit, veritus, ne futuro tempore Episcopi Ostienses id sibi tanquam jure debitum vellent asserere. At non probabatur hoc argumentum Lamberto, & offensus discessit. In Cathedram deinde Apostolicam evehctus, pecuniæ subsidium pro Ecclesiæ necessitatibus ab Abbate Cassinensi petiit, qui, nam & ipse Cardinalis erat, animo admodum commotus respondit; se prius ad Electionem novi Pontificis vocandum fuisse, ut consiliorum participem fecissent, quem nunc onera portare cuperent. Quadam vero

Chron. Cass.
IV. c. 81.

c. 83.

P p 5 die,

pro convocari cœperint Capitula Generalia nigrorum Monachorum præter Cluniacense, in quibus de emendandis monachorum vitiis actum est. &c.

Sæcul. XII.
A.C. 1126.

6. 48.

die, Monachis suis interrogantibus, unde Honorius Papa genus duceret, & quibus dotibus esset instructus, fastidiose reposuit: *nescio cujus patris filius sit, sed ipsum a capite usque ad calcem totum literatum esse novi.* Cum verba aculeata ad aures Pontificis pervenissent, animum jam prius irritatum vehementius, accenderunt. Ergo quadam die in arce Fumoniensi commorans Papa, Oderisum Abbatem, ad se accersitum, adstantibus compluribus Laicis, acriter objurgat, exprobrans, quod miles esset non Abbas, & vir prodigus, qui rem monasterii familiarem pessumdaret.

c. 88.

Pontifici deinde Romam reverso reditur epistola Adenulphi Comitis Aquinatis, qui capitali odio Abbatem prosequabatur. Scribebat vero, Oderisum Abbatem in illa regione se se ut Papam gerere. Honorius his literis fidem adhibens, Oderisum Abbatiali Dignitate privare statuit, missoque protinus Gregorio Episcopo Tarracinensi, olim Casinensi monacho, Oderisum Romam venire jubet, ut de iis, quæ ipsi objiciebantur, se purgaret. Noluit morem gerere Abbas, nisi prius in gratiam redire liceret cum Pontifice, quem sine suo merito sibi infensum, & præjudicii occupatum, esse dicebat. Papa vero, postquam eum ter vocasset, Sententiam depositionis

nis in Hebdomada quinta Quadragesimæ, Sæcul. XII.
 anno millesimo centesimo vigesimo sex- A.C. 1126.
 to pronunciavit, adjiciens, si Oderisus
 nullius aliunde criminis reus esset, ejus
 tamen contumaciam & superbiam retun-
 di oportere. Ipse, pessimum amplexus
 consilium, sententiam contempsit, & in
 Dominica Palmarum in Cathedra sua se-
 dens cum baculo & annulo omnibus Ab-
 batis officiis defunctus est. Papa, viri
 arrogantia concitatus, eum cum omni-
 bus fautoribus, iisque, qui ipsi obedien-
 tiam præstituri essent, in die Paschatis
 excommunicavit. Quæ res funestas ri-
 xas inter monachos, & cives urbis S. Ger-
 mani, Monasterio Cassinensi subditæ, pe-
 perit. Ad arma utrinque proruperunt,
 & monachi a civibus, quibus plus virium
 erat, ad ejiciendum Oderisum, alium-
 que Abbatem eligendum, compulsi sunt.

Ergo Nicolaum Oderiso subrogant
 Montis Cassinensis Decanum. Non nul-
 li vero Seniorum, missis clam ad Ponti-
 ficem literis, affirmabant, eum commota
 seditione & contra Canones fuisse ele-
 ctum. At Papa antequam ei de electio-
 ne Nicolai quidquam renunciatum fuisset,
 Gregorium Cardinalem Titulo Apo-
 stolorum ad montem Cassinum miserat,
 cum mandatis; Signoretum, Monasterii
 Capuani Præpositum, Abbatem Cassinen-
 sem eligi curaret, atque ea conditione
 suum

c. 89.

Sæcul. XII. suum Papa Monachis promittebat præ-
 A.C. 1126. sidium. Ubi Cardinalis, congregatis
 monachis, Papæ mandata exposuit, sta-
 tim obstrepentium voces audita, & di-
 centium; electionem Abbatis nemini nisi
 ipsis solis competere, atque rem esse non
 ferendam & erubescendam, Cardinali-
 bus hodie subijci Monasterium, quod
 semper liberum & ab omni jugo exem-
 ptum fuisset. Tunc vero Cardinalis, im-
 perato silentio, *scitote, inquit, me neuti-
 quam ideo buc venisse, ut Pontificis vel
 Ecclesiæ Romanæ commodis servirem.
 Hæc enim nec auxiliis vestris nec laudibus
 indiget, a Filio Dei fundata, a quo Cæli
 & terræ Imperium accepit. Monaste-
 rium Cassinense a S. Benedicto, qui literis
 liberalibus Romæ instructus fuit, atque a
 S. Mauro & S. Placido, civibus Romanis,
 fundatum, postea a Longobardis destru-
 ctum a Romanis Pontificibus Gregorio &
 Zacharia restauratum, iterumque a Sa-
 racenis concrematum, ab Agapito Ponti-
 fice restitutum est. Itaque Romana Ec-
 clesiæ causa est prorsus singularis, cur se
 hujus Monasterii Matrem & Dominam
 existimet. Monachi, hoc sermone deli-
 niti, Cardinali reposuerunt, admodum
 perplexa jam esse Monasterii adjuncta,
 ubi vero tranquillitas rediisset, facturos se
 esse, quod Papa optaret.*

Sup. lib.

XLI. §. 33.

At

At vero Oderisus, comperta Nicolai electione, ad rem inexpectatam acerri-
 me commotus, Bantranensi arce in po-
 testatem redacta & coactis undique co-
 piis, castella Nicolao faventium igne ferroque vastavit. Contra Nicolaus, ut
 parta tueretur, Roberto, Principe Capuano in auxilium advocato, ex Monasterio Cassinensi Altare aureum, gemmis
 ornatum, calices aureos & thuribula, aliaque vasa ex argento plurima, a Pontificibus & Principibus dona data, ad se deferri jussit, qua re odium monachorum
 implacabile in se provocavit. His subsidiis bellum gessit. Inter hæc Oderisus, cum de reconciliando, nisi hoc remedium arriperet, Papa subiisset desperatio, Romam venit, ac ad ejus pedes accidens se Abbatia Cassinensi in ipsius manibus abdicavit, & Honorius, ut tantum tumultum componeret, Nicolao ab Abbatiali munere deposito, omnibusque ejus Fautoribus excommunicatis, ad monachos epistolam dedit in hunc sensum; Si suæ curæ & affectui paterno monasterii perturbati sortem vellent committere, se ipsum venturum esse & ad illud reformandum tam in rebus Spiritualibus quam temporalibus adlaboraturum. Monachi ergo, Nicolao infesti, quem, monasterii possessionem aditurum, objectis repagulis excluderant, nunciis ad Papam missis,

Sæcul. XII.
 A.C. 1126.

c. 90.
 Bellum
 in Territorio
 Cassinensi.

c. 91.

c. 92.

Sæcul. XII. missis, imperata se facturos esse indi-
 A.C. 1127. carunt.

- c. 94. Summus Pontifex Matthæum Car-
 dinalem Episcopum Albanensem Cassi-
 num misit, qui, Capitulo convocato, eli-
 gentibus Signoretum, licet absentem,
 præfuit, nam cum Capua digressus ad
 electionem commearet, in via a viro no-
 bili, Nicolai partibus addicto, interceptus
 est. Ceterum Abbas Cassinensis duode-
 cima Julii anno millesimo centesimo vi-
 gesimo septimo electus, & postea e ca-
 ptivitate liberatus, cum Cassinum per-
 venisset, Cathedræ S. Benedicti imposi-
 tus est. Cessit Nicolaus, arcesque mu-
 nitas, quas obtinebat, dedit, Papa ve-
 ro Cassinum delatus Signoretum Benedi-
 ctione Abbatiali ordinavit, quæ res sine
 exemplo erat, quippe mos antiquus fere-
 bat, ut Abbates electi ad Benedictionem
 accipiendam Romam se conferrent. Pa-
 pæ deinde volenti, ut electus ipsi fidem
 juraret, obstiterunt monachi, quod di-
 cerent, nunquam Abbates suos se hujus-
 modi Sacramento obstrinxisse. Cumque
 Papa reponeret, dedecori non futurum
 esse Abbati Cassinensi, si faceret, quod
 omnes ferme Episcopi aliique Abbates
 non recusarent, responderunt monachi,
 ideo id fieri, quod alii sæpe in Hæresim
 lapsi fuissent, & opiniones Ecclesiæ Ro-
 manæ adversas propugnassent. Ac-
 qui-

quiescente Pontifice, finita est causa Mon-
 tis Cassini, cui Signoretus Abbatiali Di-
 gnitate fulgens annis novem & dimidio
 præfuit. Sæcul. XII.
A.C. 1127.

§. LII.

Papa bellum gerit in Apulia.

Guilielmo Apuliæ & Calabriae Duce,
 eodem anno millesimo centesimo
 vigesimo septimo, vigesima octava Julii,
 nulla relicta prole fatis functo, Rogerius
 Siciliae Comes, ejus patruus, quem hæ-
 redem scripserat, Salernum venit, ubi ab
 omnibus Princeps & Dominus salutatus,
 & ab Alfano Episcopo Capuano unctus
 est. Tum Regium divertit, ibique Dux
 Apuliæ proclamatur, reversusque in Si-
 ciliam, ex eo tempore Ducem se in omni-
 bus Decretis inscripsit. Legatione quo-
 que ad Honorium Papam cum muneri-
 bus adornata rogavit, ut hunc sibi Titu-
 lum indulgeret, pollicitus, si Papa con-
 sentiret, se duas urbes Trojam & Montem
 Fusculi prope Beneventum positas ejus
 ditioni adjecturum esse. Recusavit vero
 oblata Pontifex, ea re offensus, quod
 Rogerius quidquam aliud antiquius ha-
 buisset, quam a Romano Pontifice Inve-
 stituram petere. At contra Rogerius,
 indignatus se repelli, Vasallos suos agros
 Beneventanos depopulari jussit. Cui ut
 se se opponeret Pontifex, eodem anno
 trige-

*Baron, 1127.
 ex Chro. Ro.
 Salern &
 Chro. Benev.*

Sæcul. XII. trigesima Decembris Capuam profectus
 A.C. 1127. Robertum Principem consecravit, atque
 coram populo ad hunc solemnem Ritum
 congregato orationem habuit, comme-
 morans, quanta mala Comes Rogerius
 urbi Beneventanæ intulisset, & affirmans,
 nunquam fore, ut ejus promissis fidem
 adhiberet, sed quoad viveret, eidem
 omnibus viribus adversaturus esset.
 Hunc in finem populi præsentis opem
 postulabat, quam omnes, obortis lacry-
 mis, & inprimis novus Princeps Rober-
 tus promiserunt. Papa vero cunctis,
 qui accepta pœnitentia in hac expeditio-
 ne occumberent, remissionem omnium
 peccatorum suorum, illis autem, qui so-
 spites e bello reverterentur, mediam In-
 dulgentiæ partem concessit. Quæ gra-
 tia omnibus miram ad militandum ala-
 critatem indidit.

Anno sequente, Rogerius Dux vali-
 do cinctus exercitu Apuliam intravit, &
 contra Papa cum Roberto Principe Ca-
 puano, pluribusque aliis illius Regionis
 Optimatibus, illuc movit, Rogerium de-
 pulsurus. At ille artis militaris peritifi-
 simus copiam pugnandi non fecit, in lo-
 cis natura munitissimis, quo ingruere ho-
 stis non poterat, subsistens, donec Ponti-
 ficis exercitus, fastidiens in castris frustra
 degere, tandem deficiente comineatu di-
 lapsus est. Itaque Papa amicorum opẽ
 desti-

destitutum se intelligens Beneventum re-
 dit. Secutus est recedentem Rogerius,
 missisque Legatis pacis fœdera pepigit,
 homagium præstitit, atque investituram
 Ducatus Apuliæ tradito vexillo accepit.
 Hæc pacta in octava die Assumptionis
 Beatæ Virginis vigesima secunda Augu-
 sti anno millesimo centesimo vigesimo
 octavo inita sunt.

Sæcul. XII.
 A.C. 1127.

§. LIII.

Carolus Bonus, Comes Flandriæ.

Anno superiore Carolus Bonus, Comes
 Flandriæ, a subditis suis occisus, ex
 amore Justitiæ Martyrii palma donatus
 credebatur ab omnibus. Carolus filius
 erat S. Canuti Regis Daniæ, anno mille-
 simo octogesimo septimo interfecti, &
 Martyrum numero accensi. Matrem ve-
 ro habuit Adela, Roberti Frisonis Co-
 mitis Flandriæ filiam. Juvenis in Ter-
 ram Sanctam peregrinatus, contra Infide-
 les insigni fortitudinis laude militavit.
 Postquam ad Principatum in Flandria
 pervenit, stabilita potentia, Præsules
 omnesque viros Ecclesiasticos magno ho-
 nore prosecutus, eorum admonitiones
 æquo animo ferebat. Ecclesiis pensiones
 ab Antecessoribus exactas remisit. Pro
 tribunali sedens Clericorum causas præ-
 ceteris mature pertractabat, ut celerius
 ad vacandum Divinis Officiis dimitti
 Hist. Eccles. Tom. XVI. Qq pos-

Sup. lib.
 LXIII. §.

vit. ap. Boll.
 2. Mart. to.
 6. p. 164.

Sæcul. XII.
A.C. 1127.

possent. Cum anno millesimo centesimo vigesimo quinto ob terræ sterilitatem populi dira fame premerentur, Carolus paterna cura pauperes fovit; nam in singulis prædiis suis famelicos centum alebat, & multo plures in quo ipse regebatur loco. Notarunt ejus familiares, ipsum, aliquando Ipræ commorantem, una die septem millia octingentos panes pauperibus fuisse largitum. Exteræ vero nationes Carolum tanti æstimabant, ut Hierosolymitani, cum Balduinus II. in carcere detineretur, Regnum, & Germani, Henrico V. defuncto, Imperium ipsi obtulerint. Sed ipse utrumque accipere recusavit. At odium impiorum optimus Princeps non effugit, cum virili vigore latrones, raptores & improbos omnes persequeretur. Bertoldus Præpositus Brugensis, Archicapellanus & Aulæ Flandriæ Cancellarius, sub regno Principum, Caroli Antecessorum, ingentes opes cumulaverat, latissimorum funderum Dominus, magno consanguineorum, amicorum, vasallorum numero munitus, & quamvis e familia servili ortum traheret, nobilissimis tamen in illa Regione viris parem se gerebat, potentia soli Flandriæ Comiti secundus. Ut domum suam affinitate nobilium magis firmaret, neptes suas viris præcipuæ nobilitatis in matrimonium dederat, quorum alter

alter cum, exortis rixis ob violatas Sa-
 cras inducias, alium virum nobilem in
 iudicio, praesente Comite, ut mos illius
 temporis ferebat, ad singulare certamen
 provocasset, ille congregari se velle nega-
 vit cum viro, qui uxorem ex servis or-
 tam ducendo privilegia & jura Nobilium
 amisisset; ita enim optimis patriae legi-
 bus sancitum esse. Haec occasio, in ge-
 nus Praepositi totiusque ejus familiae in-
 quirendi, fuit, quam Comes servilem esse
 & praediis Principis addictam affirma-
 bat.

Praepositus, qui jam multo tempore
 possessione suae libertatis fruebatur, qua-
 stionis ignominiam impatientissime fe-
 rens, Carolum ingratum hominem esse
 querebatur, qui sine sua opera nunquam
 Flandriae Comitatum consecuturus fuisset.
 Tandem Bertoldus odio usque adeo
 exarsit, ut cum Carolus Brugas venisset,
 convocatis noctu ad consilium propin-
 quis, Principem interficere statuerit.
 Ubi illuxit Comes, relicto cubili, ele-
 mosynam de more distribuit, nam isto
 opere singulos dies auspicabatur, quod
 nudis pedibus peragebat, manus mendi-
 corum exosculari solitus. Id ergo cum
 de more fecisset, Ecclesiam S. Donatiani
 adiit, ubi, dum Capellani Primam & Ter-
 tiam decantant, ipse ante Altare Beatæ
 Virginis orare coepit, & saepissime genua
 Qq 2 flectens,

Sæcul. XII.
 A.C. 1127.

Sæcul. XII. A.C. 1127. flectens, deinde in pavimento totum corpus prostravit eo situ septem Psalmos ex libro recitaturus, habens penes se nummos, quos Capellanus apponere jubebatur, ut etiam inter orandum supervenientibus pauperibus pecuniam erogaret.

Conjurati, cum per exploratores indicium accepissent, Comitem intrasse Ecclesiam, Buchardus Præpositi nepos, aliis latronibus sex stipatus, eandem ingreditur, nudum ensẽ sub pallio tenens. Tum Principi proxime admotus, orantis caput gladio leviter attingit, ut ad illud levandum excitaret, cumque ille respiceret, visurus, quis id auderet, Buchardus inermem ita cædit in fronte, ut erumpente cerebro pavementum respergeretur, ceterique sicarii, quamvis prima plaga plus quam ad mortem opus erat, fuisset adacta, pluribus exanimem dilaniant, & brachium extentum, quo pauperi feminae stipem daturus erat, amputant. Hoc mortis genere e vivis exit Carolus Bonus, Comes Flandriae, Feria IV. in secunda Quadragesimæ hebdomada, secunda die Martii anno millesimo centesimo vigesimo septimo. Occisi corpus Gandavum transferre parantibus obstitere Clerici Brugenses, statimque ommissa omni pompa in loco, in quo peremptus fuit, sepultus est; sed Officium Divi-

Divinum pro mortuis in alia Ecclesia per-actum, quia id in Ecclesia S. Donatiani, ipsius cæde polluta, non licebat. Ludovicus Crassus Rex a principibus Flandriæ advocatus, cum exercitu adveniens seditiones repressit, captosque tanti criminis auctores Buchardum & Bertoldum Præpositum ejus consanguineum atroci morte poenas dare coegit. Vita vero Beati Comitis, jussu S. Joannis Episcopi Teruanensis, aliquot ab ejus cæde menses, scripta est, & ipse in illa Regione honore Sanctis debito cultus. Carolus ex uxore sua Margarita Claromontana nullos reliquit liberos, sed Comitatus Flandriæ in potestatem Guilielmi Clitonis, Roberti Normanniæ Ducis filii, transit.

Sæcul. XII.
A.C. 1128.
Suger. vit.
Lud. p. 316.

Molan. ad
Uward. &
in Indic.

§. LIV.

Concilium Trecense.

Anno millesimo centesimo vigesimo octavo, Cardinalis Matthæus Episcopus Albanensis, & Papæ in Francia Legatus, Concilium Trecis celebraturus, etiam S. Bernardum advocavit. Excusavit se Sanctus Abbas data Epistola, in qua postquam dixit, se acutissima febre fuisse vexatum, ait: *Quæ causa an justa sit, ipsi judicent amici nostri, qui me omni exclusâ excusatione, obedientiæ retibus circumclusum quotidie de Claustro ad civitatem*

ep. 21.

293

vita-

Sæcul. XII. vitates pertrahere moliuntur, & indi-
 A.C. 1128. gnantur, si eis cum Sponsa respondeam:
 Cant. v. 3. exui tunicam meam, quomodo induam il-
 lam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo
 illos? quæro siquidem: facilia sunt an
 difficilia, quæ ad perturbandum amicum
 silentium tantopere imponere curatis ami-
 co? si facilia, absque me possunt fieri; si
 difficilia, per me non possunt effici. Nisi
 forte tanti aestimor, tanquam ea ego pos-
 sim, quæ nemo alius facere potest. Quod
 si ita est, Domine Deus meus, quomodo
 tuum de me solo frustratum est iudicium,
 cum voluisti me facere monachum, homi-
 nem necessarium mundo, sine quo Episcopi
 non possunt sua pertractare negotia?

S. Bernardus nihilominus Concilio
 Trecensi interfuit, ad Festum S. Hilarii,
 decima tertia Januarii, anno millesimo
 to. 10. Conc. centesimo vigesimo octavo, sub Præsidio
 p. 929. Matthæi Sacræ Sedis Legati celebrato.
 Aderant quoque Rainaldus Archiepisco-
 pus Remensis, & Henricus Senonensis,
 tum Episcopi Carnotensis, Sueffionensis,
 Parisiensis, Trecensis, Aurelianensis, An-
 tissiodorensis, Meldensis, Catalaunensis,
 Laudunensis, & Belvacensis, universim
 Marlot. 1. II. Præsules tredecim. Rudolpho Viridi Ar-
 chiepiscopo Remensi, vigesima tertia Ju-
 lii, anno millesimo centesimo vigesimo
 quarto fati functo, Rainaldus de Mar-
 tigne, qui annos viginti quatuor Episco-
 pus

pus Andegavensis fuerat, Remos trans-^{Sæcul. XII.}
 latus, possessionem hujus Ecclesiæ, men- ^{A.C. 1128.}
 se Octobri, eodem anno, millesimo cen- ^{c. 32. 33. 34.}
 tesimo vigesimo quarto, adiit, eamque
 annos quatuordecim rexit. In Concilio
 Trecensi complures Abbates quoque ad-
 fuerunt: Rainaldus Veseliacensis, qui
 eodem anno ad Archiepiscopatus Lug-
 dunensis apicem euectus est. Abbas Ci-
 sterciensis, Pontiniacensis, Clarævallen-
 sis, nempe S. Bernardus, Abbas trium
 fontium, Abbas S. Dionysii de Remis,
 S. Stephani Divione, & Molismensis.
 Duo etiam Doctores celeberrimi Alberi-
 cus Remensis & Fulgerius. Ex Laicis
 aderant Theobaldus Comes Campaniæ,
 Comes Nivernensis, & Hugo Magister
 novæ Militiæ Templi, cum Fratribus
 quinque.

§. LV.

Ordo Templariorum.

Hæc Templi Militia originem accepe-^{Guil. Tyr.}
 rat ante annos abhinc novem, vide- ^{XII. hist.}
 licet anno millesimo centesimo decimo ^{c. 7.}
 octavo. Quidam Equites, viri egregii,
 quos generis nobilitas & timor Supremi
 Numinis commendabant, se ipsos Dei
 Servizio in manibus Patriarchæ devove-
 runt, promittentes, se castitatem perpe-
 tuam, obedientiam, & paupertatem mo-
 re Canonorum esse servaturos. Ho-
 rum

Q9 4

rum

Sæcul. XII. A.C. 1128. rum præcipui erant Hugo de Paganis & Geofridus S. Aldemari, quibus, quia nec certa Ecclesia nec Domus erat, Rex Hierosolymæ ipsis diversorium in Palatio, quod prope Templum habebat, concessit; unde Templarii dicti sunt. Canonici Templi Hierosolymitani iisdem aream prope Palatium Regium donarunt, ubi cellas novo Instituto necessarias adificarent. Rex, Optimates, Patriarcha, Præsules aliquam redituum suorum & ditionum partem, unde alerentur & vestirentur, contulerunt. Munus vero primum & præcipuum, quod solemniter promisso in se susceperunt, ipsisque Patriarcha & ceteri Antistites in remissionem peccatorum suorum injunxerunt, illud erat, quod vias ab infestationibus furum & latronum securas præstare, ac peregrinantibus Hierosolymam præsidio esse tenerentur.

Hujusmodi Equites novem omnino erant, cum eorum sex Concilium Trecentense adierunt, & coram omnibus Disciplinam, quam in hoc novo Ordine Militari servare cœperant, prout memoria suggerebat, exposuerunt. Visum autem est Concilio, dandam ipsis esse Regulam scriptam, quam certius tenerent, atque ejus exemplum auctoritate Papæ & Patriarchæ Hierosolymitani conscribi jussit. Quod negotium S. Bernardo commissum; eoque

eoque auctore quidam Joannes Michaelis Regulam literis mandavit. Illa hodieque superest, ipsius nomen præferens, in septuaginta duo capita divisa. Sed complura, postquam magna incrementa Ordini accesserunt, & multo post tempore, adjecta sunt. Tradita Regula, Honorius Papa & Stephanus Patriarcha his novis Commilitonibus præceperunt, ut veste candida incederent, hæctenus enim proprius huic Ordini color non fuerat.

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

Mabil. ad-
mon. in
Opusc. 6.
Bern.

Porro Capita Regulæ, quæ antiquissima videntur, sunt sequentia: *Commilitones Templarii toti Officio Divino, diurno nocturnoque, intersint. Si quis autem Servitio militari impeditus adesse nequeat, pro Matutinis tredecies orationem Dominicam, septies pro Horis minoribus, & novies pro Vesperis recitent. Nempe hi Equites legere non didicerant. Pro quolibet Fratre mortuo dicant centies Orationem Dominicam septem continuis diebus. Per dies vero quadraginta tantum cibi & potus, quantum Fratri defuncto suffecisset, cuidam pauperi porrigatur. Commilitones in Hebdomada ter, Die Dominica, die Martis & Jovis, carnibus vesciantur. Ceteris quatuor diebus a carnibus abstineant, & die Veneris cibo quadragesimali (videlicet subtractis ovis & lactariis) contenti sint. Unicuique Militi tres equos & unum armigerum habere liceat. Nul-*

6. 1.

6. 2.

6. 3.

10. 12. 13.

Sæcul. XII. *lus avem, vel aliam feram venetur.* Hæc
A.C. 1128. ergo fuere exordia Ordinis Templario-

c. 30.
47.

Guil. XIII. chorum conjungere. (*) Ceterum Hu-
hist. c. 25. go de Paganis ceterique Templarii a Re-
 ge Hierosolymæ illiusque Regni Princi-
 pibus eo consilio in Occidentem missi
 fuerant, ut populos ad iter in Terram
 Sanctam suscipiendum & auxilia ad obsi-
 dendam Damascum (hæc enim expedi-
 tio statuta fuerat) conferenda excita-
 rent. Anno sequenti millesimo centesi-
 mo vigesimo nono in Orientem reversi,
 magnam eo Nobilium multitudinem de-
 duxerunt.

§. LVI.

Ecclesia Latina in Oriente.

Stephanus Patriarcha Hierosolymita-
 nus,

* Cap. 12.

(*) Quod S. Bernardus, ipsiusque Scriba Jo-
 annes Michaelensis, hujus Regulæ auctores Re-
 gulam S. Benedicti præ oculis habuerint, ad ea
 excerpenda, quæ viris militaribus congruere po-
 terant, patet ex illis verbis*: *Aliis nam diebus,*
videlicet secunda & quarta feria nec non & Sab-
bato duo aut tria leguminum vel aliorum cibo-
rum fercula, aut ut ita dicam cocta pulmentaria
omnibus sufficere credimus; & ita teneri jube-
mus, ut forte qui ex uno non potuerit edere ex
alio reficiatur. Reg. S. B. Cap. XXXIX.

nus, qui Templariorum Regulam confir- Sæcul. XII.
 mavit, hoc anno millesimo centesimo vi- A. C. 1128.
 gesimo octavo successerat Gormundo;
 is enim locum munitum prope Sidonem
 obsidens morbum contraxit, ex quo de
 vita decessit, postquam in Cathedra Hie-
 rosolymitana annos ferme decem sedif-
 fet. Stephanus ejus Successor in provin- Sup. lib.
 cia Carnotensi ex nobili genere ortus & LXVI. 6.
 Balduino Regi affinitate conjunctus, 43.
 quamvis adolescens literarum studiis vac-
 casset, postea tamen arma gessit & Vice-
 comitis Carnotensis Dignitate insignis
 fuit. Sed mundi tumultum perosus, ad
 S. Joannem de Valle in eadem civitate
 monachum induit, atque exinde Abbas
 electus est. Tum Hierosolymam pere-
 grinatus, cum in Franciam rediturus op-
 portunum navigandi tempus expectaret,
 communi Clericorum populique consen-
 su Patriarcha Hierosolymitanus eligitur.
 Bonis vir erat præditus moribus, sed tu-
 mido ingenio, juris sui tenax, & in iis,
 quæ animo constituerat, inflexibilis.
 Postquam Episcopus fuit ordinatus, cum
 Rege jurgari cœpit, dicens, urbem Jop-
 pen suæ esse ditionis, quin etiam Hie-
 rosolymam, ex quo Christiani Ascalonem
 expugnassent. Sed Patriarchæ mors ma-
 ture litem diremit, nam Sedem Hieroso-
 lymitanam ultra annos duos non tenuit.

Anno

JVII. 2

Secul. XII.

A. C. 1128

Anno superiore, millesimo centesimo vigesimo septimo, Archiepiscopus Tyri constitutus fuerat, postquam Christiani eam civitatem e potestate Infidelium anno millesimo centesimo vigesimo quarto, die vigesima nona Junii, eripuissent. Nam in vere anni ex hac victoria quarti Rex, Patriarcha, & præcipui Regni Hierosolymitani Proceres, Tyri congregati, Archiepiscopum hujus urbis elegerunt Guilielmum, Ecclesiæ S. Sepulchri Priorem, ex gente Anglorum, quem morum integritas commendabat. Ideo vero hanc electionem tanto tempore distulerant, ut interea sufficiens mora esset, qua decernerent, quid de Ecclesiis aliisque Bonis ab Ecclesia Cathedrali pendentibus faciendum esset, & Archiepiscopo haud plura, quam ipsis visum fuisset, traderent. Guilielmus a Gormundo Patriarcha Hierosolymitano ordinatus, hoc Præsule invito Romam profectus est, Pallium petiturus, quod ab Honorio Papa honorifice accepit. Tyrum deinde reversus Ægidium, Episcopum Tusculanensem, Sacræ Sedis Legatum, eo deduxit, afferentem literas, quibus Bernardus Patriarcha Antiochenus Ecclesiæ Tyriensi intra dies quadraginta Suffraganeos suos reddere sub pœna Suspensionis jubebatur.

§. LVII.

§. LVII.

Sæcul. XII.
A. C. 1128.*S. Bernardus. Officium Episcoporum.*

In Francia cum Henricus Archiepiscopus Senonensis Daimberto, anno millesimo centesimo vigesimo secundo successisset, & Regiminis initio officia Boni Pastoris negligeret, ex admonitionibus Geofridi Episcopi Carnotensis, & Buchardi Episcopi Meldensis, Suffraganeorum suorum, fervorem Præsule dignum concepit; quod ubi ad aures S. Bernardi pervenit, lætissimus ad Henricum anno circiter millesimo centesimo vigesimo sexto prolixam Epistolam, seu potius Tractatum de Episcoporum Officio, dedit, ab ipso Henrico rogatus, ut ei novum aliquod Opusculum de rebus Spiritualibus scriptum mitteret. In exordio notat, arduum ac periculosum esse munus Episcopi, tum addit: *Cum ergo nuper Episcopum Meldensem de rebus ad vos pertinentibus interrogassem, magna fiducia respondit: puto hominem ex hoc jam consiliis se subacturum Carnotensis Episcopi. Hoc ab eo responsum tam lætus accepi, quam certus fui consilia viri fidelissima fore; secure, ni fallor, præfatis ambobus viris & vos & vestra credetis.*

*Mabill. ad-
mon. ad
Opusc. 2.
S. Bernardus.*

Opusc. I. c. I.

Tum S. Bernardus Archiepiscopum hortatur, ut Ministerium Episcopale honorari

c. 2.

Sæcul. XII. norari curet, non autem, inquit, in cultu
 A.C. 1128. vestium aut equorum fastu, non amplis

edificiis, sed ornatis moribus & operibus
 bonis. Si S. Paulus pretiosas vestes in fe-

Tim. 2. 9. minis reprehendit, quanto magis in Epi-
 scopis? clamant vero nudi, clamant fa-
 melici, dicite, Pontifices, in freno equi
 quid facit aurum? quid gemmæ in cultu
 mularum vestrarum? dum non curatis
 nos fame perimi, & crura nostra saltem
 caligulis non tegitis. Inferius ad ambi-

c. 7. tionem Clericorum transiens ait: Hodie
 viles se aestimant & inglorios, qui quocun-
 que eminentiori in loco non fuerint subli-
 mati. Pueri & adolescentuli ob sangui-
 nis nobilitatem promoventur ad Ecclesia-
 sticas Dignitates, & a Magistri ferula
 transferuntur ad imperandum Presbyte-
 ris. (*) Sed brevi discunt Ecclesias sibi
 vindicare, & Subditorum vacuare mar-
 supia. Et infra: Ceterum curritur ab
 omni ætate & ordine ad Beneficia Eccle-
 siastica, quibus annexa est cura anima-
 rum, tanquam ea adeptus quisque deinceps
 sine cura victurus sit. Nec mirum, vi-
 dentes quippe illos, qui jam proprios hume-
 ros huic sarcinæ submiserunt, non solum
 non gemere tanquam sub onere, sed insu-
 per

(*) Hic addit S. Bernardus: Lætiores quod
 virgas evaserint, quam quod meruerint princi-
 patum.

per appetere plus onerari, non deterrentur
 periculis, quæ cupiditate occæcati non vi-
 dent. Si factus quis fuerit in quacun-
 que Ecclesia Decanus, non contentus una Di-
 gnitate, plures sibi, imo quotquot potest non
 solum in una sed in pluribus Ecclesiis con-
 quirere satagit, & si faveat occasio bis re-
 lictis occupabit Episcopatus honorem. Sed
 nunquid sic satiabitur? Episcopus Ar-
 chiepiscopus esse desiderabit; quod forte
 consecutus, rursus nescio quid altius so-
 mnians, laboriosis itineribus Romanum
 statuet frequentare Palatium, & sumptuo-
 sas amicitias sibi comparare. Alii cum
 præsideant urbibus valde populosis, & to-
 tas provincias in suæ Diæcesis ambitu in-
 cludent, occasione inventa ex quocunque
 veteri privilegio, vicinas sibi civitates
 subijcere satagunt. Hujus rei gratia non
 pigritantur crebro tenere limina Aposto-
 lorum, inventuri & ibi (quod magis do-
 lendum est) qui suæ faveant improbæ vo-
 luntati. Non quod valde Romani curent,
 quo fine res terminentur, sed quia valde
 diligunt munera. Nude nuda loquor, nec
 retego verenda, sed inverecunda confuto.

Postquam deinde S. Bernardus humi-
 litatis studium Episcopis commendavit,
 de Abbatibus conquerens, miror, inquit,
 quosdam in nostro Ordine monasteriorum
 Abbates, sua professione ad hujus virtutis
 exercitium magis obstrictos, propriis nolle
 obedire

Sæcul. XII.
 A.C. 1128.

c. 9.

c. 35.

Sæcul. XII. *obedire Episcopis. Quid hoc est præsum-*
 A.C. 1128. *ptionis o Monachi? neque enim quia Præ-*
 Exemptio *lati monachis, ideo non amplius monachi*
 ab Episcopo *estis. Tum infra: Non propter me, in-*
 damnatur. *quis, id facio, sed quæro Ecclesiæ liberta-*
tem. O libertas omni, ut ita loquar, ser-
uitute servilior! absit a me hujusmodi li-
bertas, quæ me pessimæ addicit servituti su-
perbiæ. Certus sum enim, si quocunque
tempore jugum Pontificis mei a propriis
cervicibus excutere tento, quod Satana
mox tyrannidi me ipsum subjicio. Quis
dabit mihi centum in mei custodiam pa-
stores? quanto plures sentio mei curam
gerere, tanto securior in pascua exeo.
Stupenda insania! nec dubito, nec cunctos
plurimas alienas animas a me custodiendas
colligere, & unum super propriam gravor
habere custodem, rationem pro me reddi-
turum. Quid igitur vos, o monachi!
Sacerdotum gravat auctoritas? metuitis
infestationem? sed si quid patimini pro-
pter justitiam beati eritis. An vitam
Episcoporum Sæcularem contemnitis? sed
nemo Sæcularior Pilato, a quo Dominus
Noster judicari sustinuit, & cujus pote-
statem datam ipsi fuisse de super declaravit.
Ite nunc monachi & resistite Christi Vi-
cario. Quod S. Bernardus hic quemlibet
Episcopum Jesu Christi Vicarium esse af-
firmet, exploratissimum est.

Tum

Tum S. Bernardus de Abbatibus ita ^{sæcul. XII.} ^{A.C. 1128.}
 prosequitur: *Quidam multo labore & pretio per Apostolica privilegia sibi vindicant insignia Pontificalia utentes & ipsi more Pontificum Mitra, Annulo atque Sandaliis. Profecto esse desiderant, quod videri gestiunt, meritoque nolunt subjecti esse Episcopis, quibus ipso jam desiderio se coequant. Quin quanto, putas, auro, si illud privilegium conferri possit, nomen Pontificis redimerent? Quis unquam proborum monachorum talia aut verbo docuit, aut reliquit exemplo? vel in quo Humilitatis gradu S. Benedictus fastum & Dignitatum amorem posuit? (*) Lectorem me-*

c. 36.

(*) Tandem S. Pater perorat in hunc modum: *Labor & latebra & voluntaria paupertas sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam. Vestri autem oculi omne sublime vident, vestri pedes omne forum circumeunt, vestra lingua in omnibus audiuntur Conciliis, vestra manus omne alienum diripiunt patrimonium. Tamen, si ita oportet, ut emancipati a subiectione Pontificum, pari cum Successoribus Apostolorum gloria, pari Cathedra, iisdemque Solemnium indumentorum insignibus attollamini, cur non & Sacros Ordines celebratis? Sed vereor, ne longiori lectione onerosus Archiepiscopo fiam. S. Bern. de off. Episc. cap. ult.*

Hist. Eccles. Tom. XVI.

R r

Sæcul. XII. meminisse oportet, S. Bernardi ætate
A.C. 1128. Monasteriorum exemptiones, & Abbatum
 privilegia adhuc rara fuisse; nam Ordines recentiores, Cisterciensis, Fontebraldensis, Præmonstratensis, cum conderentur, Episcoporum Jurisdictioni discretis verbis subjecti sunt, quod ex Chartis, in eorum exordio datis, ut notavi, dispicimus.

§. LVIII.

Statuta Guidonis.

Gui. 1. de vita S. c. 11. Cartusiani vero longe ab eo aberant, ut se exemptos dicerent, cum Episcopum Gratianopolitanum Abbatis loco haberent, ideoque domi a Priore regerentur. Unde etiam nulla exemptio in eorum Statutis apparet, sub idem tempus, *Sup. lib. LXVI. §. 25.* anno circiter a Cartusiano Monasterio condito quadragesimo quinto, a Guidone* Priore, qui tunc ibidem annis jam octodecim præerat, conscriptis. Hanc *Stat. Guig. edit. 1510. & 1703.* Collectionem Guido tribus Prioribus aliorum trium Monasteriorum, Bernardo de Portis, Humberto de S. Sulpitio, & Miloni Marorevano inscripsit; atque suo & Fratrum suorum nomine dicit: *Statuta domus nostræ conscripsimus, ut precibus vestris, & Hugonis Episcopi Gratianopolitani, cujus voluntati resistere nobis non licet, præcepto obsequeremur. Id facere diu distulimus ob causas, quas magni momenti*

momenti esse ducebamus, sed auctoritati *Sæcul. XII.*
 istud nos rogantium & præcipientium ce- *A.C. 1128.*
 dendum fuit. In Exordio Hugo, exem-
 plum S. Benedicti secutus, in Regula sua
 ordinem Divini Officii constituit. In
 aliis, quæ mihi notanda esse videbantur,
 hæc sunt:

Cartusiani in Sabbato Priori suo, aut
 illi, cui Prior hanc curam commisisset,
 confitebantur. In Dominica non nun- *c. 7. n. 1.*
 quam ante Missam Conventualem alia
 celebrabatur. Hospitibus Chorum in- *c. 10. 3.*
 trare non licebat, nisi essent viri Religiosi,
 nec aliis in superiore domus porticu dor-
 mire concedebatur. Priorem semper
 Presbyterum esse oportebat, qui post ele-
 ctionem uno mense superius cum mona-
 chis morabatur, & tum ad domum infe-
 riorem descendens una hebdomada cum
 fratribus conversis manebat, sed extra
 limina Claustrum Cartusiani pedem non ef-
 ferebat. In domo inferiore Procurato- *c. 16.*
 rem constituebat, qui tum rei familiaris
 curam gereret, tum fratres erudiret, qui
 literas nesciebant. Hospites advenien- *c. 19.*
 tes admittebantur ad tectum & men-
 sam, sed non recipiebantur eorum equi,
 quod domus tot ferendis oneribus impar
 esset. Præterea, adjicit auctor, *morem*
vicos circumeundi & mendicandi horre-
mus, tanquam rem periculo plenam, & val-
de dolemus, cum videmus, hanc disciplinam

Sæcul. XII. *vigere apud viros, quorum Sanctum vita*
 A.C. 1128. *institutum ex alia causa laudamus. Id*

6. 20.

vero illi specie charitatis contegunt, ut
babeant, unde supervenientibus tribuant.
 Ideo etiam Cartusianis satis erat eleemo-
 synam largiri, & pauperes sub tecta non
 recipiebant, ne cum alios in temporalibus
 rebus juvare vellent, ipsi solitudinis
 & Spiritualis profectus jacturam pate-
 rentur.

6. 27. 28.

Novitii ante annum vigesimum ad
 edendam Professionem non admitteban-
 tur. Cellam primo ingredientibus
 omnia necessaria, quibus noctu tegeren-
 tur, & alerentur dabantur, scilicet pel-
 les vervecinæ, aliaque pallia villosa ad
 pellendum acerbum in montibus frigus.
 Omnia extremam paupertatem indica-
 bant, *nobis enim, inquit auctor, inter*

Cartusiano-
 rum Regula.

omnes monachos præprimis convenit de-
trititas vestes induere. Omnia quibus uti-
mur, vili pretio acquiri possint, atque bu-
militatem & inopiam loquantur. Fratri-
 bus distribuebantur membranæ, & omnia
 ad describendos libros necessaria, hoc
 enim ipsis erat negotium domesticum, ut
 qui proximum prædicando non juvarent,
 ei saltem calamo prodesse. Quilibet
 sibi ipsi cibum præparabat, quare etiam
 singulis supellex idonea præbebatur, ne
 exeundi de cella prætextus esset. Unde

6. 29. 30. 6.

nunquam pedem efferebant, nisi ad Ec-
 clesiam

clesiam ituri, ubi diebus non festis solum modo Horas Matutinas & Vesperas per-
 solvebant. Si loqui necessitas postula-
 bat, paucis verbis se expediebant, non
 utentes signis more monachorum Clunia-
 censium, *credimus enim*, inquit auctor,
satis esse lingua sola errare nec in peccati
communione alia membra vocanda esse.

Sæcul. XII.
 A.C. 1128.

Quod pertinet ad Cartusianorum ali-
 menta, pane & aqua contenti victitabant
 diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, quam-
 vis id ipsum in eorum arbitrio positum
 esset. Diebus Martis, Jovis, & Sabbato
 legumina aut poma coquebant. His
 etiam diebus vinum ipsis dabatur, & die-
 bus Jovis caseus. A medio mensis Se-
 ptembris usque ad Pascha in die semel
 tantum reficiebantur, reliquo anni tem-
 pore diebus Martis, Jovis & in Sabbato
 bis cibum capiebant. In Adventu nec
 ovis nec caseo vescabantur. Non bibe-
 bant vinum nulla aqua admixta, nec pa-
 nem candidum pinsebant. Non licebat
 singulariter abstinere, se flagello cæde-
 re, aut vigilare ultra tempus præscri-
 ptum, nisi Priore sciente & approbante.
 Pisces pro ægrotantibus solum emeban-
 tur. Raro medicinam adhibebant, sed
 sanguinem e secta vena quinquies in an-
 no emittebant, & barbam sexies rade-
 bant. Nec aurum nec argentum in eo-
 rum Ecclesia conspiciebatur, nisi calix

c. 33.

c. 34.

c. 35.

c. 39.

R r 3 aureus

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

6.41.

aureus & fistula, ex qua pretiosus Sanguis hauriebatur. Usurarios & Excommunicatos dona offerentes rejiciebant. Ut omnem avaritiæ occasionem tollerent, incolis deserti Cartusiani prohibuerant, ne ultra terminos illius regionis quidquam possiderent, mortuos ibidem non sepelirent, nisi fratres suos, aut quemquam virum Religiosum, quem ibi mors occupasset, nec Anniversariorum onus in se susciperent. *Quippe ad notitiam nostram pervenit, inquit auctor, quod nobis minime probatur, plebrosque pronissimos esse ad celebrandas Missas & convivia lautissima adornanda, quoties aliquis pro precibus, in solatium defunctorum offerendis, pretium dare vult, quod virtuti abstinentiæ adversatur, & preces venales efficit, cum ab illorum, qui epulas instruunt, arbitrio pendeant.* (*) Statu-
tis

(*) Hic prima occurrit mentio de qualicumque pretio pro Missis celebrandis accepto; unde de conficitur, rem esse antiquitati ignotam. Ceterum multi varia quærun & anguntur hodie de stipendiis Missarum, & earum applicatione, sed hanc Doctrinam simpliciter & solide explanare mihi videntur Doctores Salmanticensis Tract. XV. Cap. VII. Punct. V. §. VI. ubi ita differunt: *An vero idem Sacrificium, quod pro uno offertur, a quo stipendium datur, possit pro alio & alio*

tis omnibus, quæ ad Monachos Domus Sæcul. XII.
Cartusianæ spectant, expositis, Guido ad A.C. 1128.
consuetudines Laicorum seu Fratrum

Rr 4 con-

alia applicari, ex charitate, misericordia, liberalitate, obedientia, aut ex alia obligatione quæ non sit ex justitia? Affirmative respondendum est cum Doctoribus infra citandis, quia ex una parte cum Sacrificium sit infinitum, Et ob hoc applicatum pro uno nihil fructus illi detrahatur, per hoc quod applicetur pro aliis, quia omnibus prodest secundum cujuslibet devotionem, nec unus ex alterius participatione in re minima lædatur, poterit offerri pro eo, a quo stipendium accipitur, Et simul pro aliis ex charitate, gratitudine seu liberalitate. Ex alia parte Sacra Congregatio solum prohibet pro eodem Sacrificio duplex stipendium accipi, ac proinde applicari pro duobus, quibus debetur ex justitia; non vero applicari pro uno ex justitia, Et pro aliis ex gratitudine, obedientia, seu liberalitate Sic docent Thomas Hurtado, cum aliis octo Etenim cum Missa sit instar candelæ accensæ, quæ tam uni quam pluribus lumen impendit, per hoc quod uni applicetur ex justitia ob stipendium datum, æqualiter etiam applicari potest pro parentibus, pro amicis, pro Benefactoribus, Et omnibus ex æquo secundum eorum vel majorem vel minorem erga Sacrificium affectum proficit; Et potest contingere, ut in illo pro quo offertur ex pietate majorem effectum causet, quam in illo, qui stipendium

Sæcul. XII. converforum Domus inferioris tranfit.
 A.C. 1128. Hi, quia literarum erant rudes, officium
 non decantabant, sed Monacho constituto
 ipfo.

dium dedit. &c. ut pulchre ait D. Thomas 3. p. p. 79. art. 5. Solum ergo prohibitum est, duplici obligationi Justitiæ ex contractu oneroso unica Missa satisfacere, non vero duabus, imo pluribus aliis obligationibus, quæ ex aliis capitibus proveniunt, nec ob illud vel exiguum detrimentum sentient uni ob consortium aliorum. Et sic advertit recte Cajetanus 3. part. quæst. 83. art. 1. Arguendi instruendique sunt homines ignorantes petentes vel exigentes pro sua elemosyna totam sibi Missam dari aut suo defuncto: non enim aliquis solus minus habebit, si mille alii eandem Missam pro se ipsis & aliis defunctis, quam si pro se ipso solo celebrari dicatur &c. Hactenus Salmanticenses & Cajetanus. Hæc omnino vera sunt, si præsumatur licentia legitime ab Ecclesia concessa stipendium accipiendi, quam solis Presbyteris pauperibus indulgere dissimulando potius quam approbando videtur. Ergo quæstio non tam in eo versatur, an Parochus pro commissis sibi ovibus Sanctissimum sacrificium applicare teneatur? quod toties, quoties sacrificat, vi officii sui applicare obstringitur; sed an Parochus pauper (nam diviti vi alicujus legis scriptæ nunquam licet) præter applicationem pro parochianis, etiam pro alio vel pro pluribus, accepto stipendio, diebus non Festis applicare licite possit. Optandum autem plane esset, ut mos accipiendi stipendium nunquam invaluisset.

ipforum Rectori psallenti aderant, vel eo ^{Sæcul. XII.}
 absente pro singulis Psalmis unum *Pater* ^{A.C.1128.}
Noster recitabant. Eorum abstinentia

a cibo minor erat quam Monachorum,
 quia graviore manuum labore fatigaban-
 tur, nec etiam silentium tam stricte ab
 iis servabatur. Ceterum eorum institu-
 tum Monachorum Cartusianorum Regu-
 læ, paucis mutatis, erat consentaneum.

Si quis ex Domo Cartusiana fugisset,
 aut ejectus fuisset, & subeunte pœniten-
 tia rediisset, promittens vitæ emendatio-
 nem, Prior hac de re cum Congregatio-
 ne deliberabat, & ubi secundo recipien-
 dus esse videbatur, in ultimo collocaba-
 tur loco, secus, dabatur ei licentia ad
 aliam Domum Monasticam transeundi,
 ubi Salutem suam operari posset. Mo-
 nachi Cartusiani, numero fixo, erant tre-

decim, Fratres vero Laici sexdecim. Quod
 ideo constituerant, ne expensæ illius
 loci proventus superarent. Adjecitque
 Auctor, *si vero Successores nostri modicum
 hunc Fratrum numerum alio modo alere
 non possent, quam invidiosa illa evagandi
 & stipem colligendi necessitate, suademus,
 ut de isto etiam numero potius detrabant,
 quos sustentare nequeunt, quam ut tantis
 periculis se se exponant.* Et inferius:

*Ordo noster paucitate Sectatorum suorum
 se ipsum commendat; si enim vera sunt
 Domini nostri verba: arctam viam esse,*

R r 5 que

c. 52.

c. 77.

c. 78.

c. 79.

c. 80. n. 12.

Matth. 7. 14.

Sæcul. XII.
A.C. 1128 *quæ ducit ad vitam, & paucos eam invenire, Institutum Monasticum, quod paucissimos admittit, optimum est & sublime, quod vero plurimos recipit, minoris estimandum est.* Hæc est Constitutionum Guidonis Venerabilis clausula.

§. LIX.

Causa Stephani, Episcopi Parisiensis.

*Mabill. not.
fus ad ep. 45.
S. Bern.*

Stephanus Silvanectensis, Franciæ Cancellarius, cum ad Sedem Parisiensem anno millesimo centesimo vigesimo quarto pervenisset, brevi adhuc tempore vitam viro Ecclesiastico haud satis dignam duxit; verum cum Metropolita suo consilium sapiens & admonitiones Fratrum suorum ac S. Bernardi secutus ad frugem rediit. Exinde non amplius Aulæ assentabatur, nec dissimulabat improba obsequia Decani & Archidiaconorum Ecclesiæ suæ, qui jubente Rege Clericos variis exactionibus contra libertatem Ecclesiasticam vexabant. Illi vero Regis animum adversus Episcopum usque adeo irritarunt, ut nihil propius fuerit, quam ut ipse & tota familia ejusdem omnibus Bonis spoliarentur, quin etiam Præsul vita privaretur; quare, quod tunc temporis frequenter fiebat, Regis prædia Sacris interdixit. Ut deinde Regis iram effugeret ad Archiepiscopum Senonensem se recepit, & ambo ad Capitulum

lum Generale Cisterciensium se contu- Sæcul. XII.
 lerunt, Sanctorum Monachorum præsi- A.C. 1128.
 dium quæsituri, namque ambo Præsules
 & ipse Rex ab iis literas obtinuerant, qui-
 bus in Fraternali societate suscipie-
 bantur.

Hæc fuit materia cujusdam epistolæ ep. 45.
 a S. Bernardo nomine Stephani Abbatis
 Cisterciensis & totius Capituli anno mil-
 lesimo centesimo vigesimo septimo ad
 Regem datæ, in qua loquitur in hunc
 modum: *Ceterum quoniam consilio eisdem
 nostris pro vobis orationibus (quas si me-
 ministris olim tam humiliter requisivistis)
 modo tam acriter repugnatis? Qua enim
 jam fiducia manus pro vobis levare præsu-
 mimus ad Sponsum Ecclesiæ, quam tanto-
 pere & sine causa (ut putamus) affligi-
 tis? Ea siquidem gravem adversum vos
 apud eundem Sponsum & Dominum suum
 querelam movet, dum quem acceperat De-
 fensorem, sustinet oppugnatorem. Intel-
 ligitis vero, cui infensos vos redditis? non
 utique Episcopo Parisiensi, sed Domino Pa-
 radisi, Deo terribili, qui aufert spiritum* Psal. 76. 12.
*Principum, qui ad Episcopos dicit: qui
 vos spernit, me spernit. His vos & pro* Luc. 10. 16,
*vobis audacter quidem sed amanter mone-
 mus, rogantes per amicitiam illam mu-
 tuam & jus Fraternali societatis, qua nos
 olim honorastis, & quam nunc graviter
 læditis, ut tantum malum cito tollatis.*
 Alio

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

Alioquin, non poterimus deesse Ecclesie Dei & Ministro ejus Episcopo Parisiensi, Patri & amico nostro, qui nostram adversum vos humilitatem interpellans, jure societatis Fraternalæ a nobis petit, ut literas ipsi faventes ad Dominum Papam daremus. Verum credidimus, vos prius hac epistola esse commonendos; præsertim quia idem Episcopus promittit, omnia se facturum, quæ justitia postulat, si modo, quod Jura præscribunt, ipse injuste spoliatus ante omnia restituatur. Et siquidem pacem cum Episcopo inire vultis, parati sumus itinere usque ad vos suscepto, quocumque placuerit, fatigari.

S. Bernardi
Epistola.

Tum Archiepiscopus Senonensis cum omnibus suis Suffraganeis, & quidam alii viri, virtutis amantissimi, quos inter S. Bernardus eminebat, conspectum Regis subiere supplices, ut jus suum Episcopo Parisiensi redderet, & ablata restitui juberet. Sed nihil tunc obtinuerunt. At Rex intelligens fore, ut arma Spiritualia in ipsum contorquerent, & terras suas Interdicto ligarent, urgente metu, omnia se redditurum esse promisit. Ecce vero, inter hæc afferuntur literæ Pontificis, quem Rex sollicitaverat, & quibus Interdictum ab Episcopo Parisiensi injunctum tollebatur. Itaque Rege nihil eorum, quæ promiserat, exsequente, Episcopi gravi pudore affecti sunt. Id discimus
ex

ex Epistola S. Bernardi sub nomine Geo- Sæcul. XII.
fridi Episcopi Carnotensis hac de re ad A. C. 1128.
Honorium Papam data, rursusque ex alia, ep. 47.
quam eidem Summo Pontifici, suo & Ab-
batis Pontiniacensis nomine scripsit, con- ep. 46.
querens, quod Papa in hac causa male-
volorum fraudibus patuisset. In alia
quoque epistola ad Haimericum Ecclesiæ
Romanæ Cancellarium data deslet, quod
non sine maximo doloris sensu vidisset,
Sacrae Sedis auctoritate Tyrannidi nova ep. 48. n. 2.
arma ministrari.

Tandem Honorius Papa causæ Episco- ep. 49.
pi Parisiensis favere cœpit, atque huic
negotio in Concilio Remensi, anno mil-
lesimo centesimo vigesimo octavo cele-
brato, finis impositus fuisse creditur. At
Rex Archiepiscopo Senonensi reconcilia-
ri non potuit; quare S. Bernardus Papæ
scripsit in hæc verba: *Bona fide & fiducia
Vestrae Paternitati suggerimus, quæ in
Regno nostro Ecclesiæ Matri nostræ dolen-
tes cernimus adversari. Quantum qui-
dem nos sentimus, qui vicini sumus, Rex
Ludovicus non tam Episcopos quam in Epi-
scopis persequitur ælum justitiæ, pietatis
cultum & ipsum Religionis habitum. Id
enim Vestrae Sanctitatis prudentia vel ex
eo facile advertere potest, quod illi qui an-
tea in habitu actuque sæculari honorifice
habebantur, fidelissimi credebantur, & ad
ejus familiaritatem admittebantur, postea
inimici*

Sæcul. XII. *inimici facti sunt, cum jam vitam Sacer-*
A.C. 1128. *dotio dignam degunt, & officio boni pa-*
storis incumbunt. Hinc gravibus contu-
meliis & injuriis Episcopi Parisiensis in-
nocentia pulsata est, sed non quassata, quia
Dominus supposuit manum suam, cum ve-
stram opposuit. Hinc etiam Rex Archi-
episcopi Senonensis constantiam concutere
& labefactare conatur, ut Metropolitanus,
(quod absit) dejecto, facile prout volu-
erit, grassetur in Suffraganeos. Postremo
quis ambigit non aliud eum quam Religio-
nem oppugnare, quam nimirum aperte
sui Regni destructionem, suæ coronæ pro-
nunciat inimicam? rogamus ergo, San-
ctissime Pater, ut de hac causa cognoscas,
si enim causa Regis potentia relinquatur,
Archiepiscopus, heu! manibus inimicorum
suorum traditur. Cum Papæ visum non
fuerit, Archiepiscopi causam ad suum
Tribunal trahere, rogavit S. Bernardus,
ut saltem ad Sedem Apostolicam appel-
lantem reciperet, ejusque negotium Hai-
merico Cancellario commendavit.

§. LX.

Tractatus S. Bernardi de Libero Ar-
bitrio &c.

ep. 52. *Sub idem tempus S. Bernardus Cancel-*
lario aliam scripsit epistolam, in qua
rogabat, ipsius opera a cura variorum ne-
gotiorum, quæ ipsi Papa injungebat, li-
berari.

berari. *Nibil mihi prodest, inquit, a propriis negotiis vacare, cum totus implicer alienis. Et quidem nihil mihi securius judico, quam obedire Domini Papæ voluntati, si modo ipse attendere velit, quid bumeri mei ferant, quid non ferant.* Offert deinde Cancellario Tractatum suum de Libero arbitrio, quem nuper Lucis publicæ fecerat, Guilielmo Abbati S. Theodorici inscriptum.

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

Huic opusculo concinnando occasionem dedit, sequens interrogatio. S. Bernardum aliquando Dei gratiam in se ipso publice commendantem, & agnoscentem, quod illa ipsum in Bono præveniret, & se ab ea provehi sentiret, & speraret ab eadem se esse perficiendum, aliquis ex circumstantibus interpellavit: *Quid ergo tu operaris? aut quid mercedis speras vel præmii, si totum facit Deus?* Ut huic objectioni respondeat S. Bernardus primo observat, ad agendum duobus semper homini opus esse, instructione & auxilio. Voluntas nunquam absque ratione movetur, quamvis non semper ex ratione. Porro Ratio voluntati data est, ut instruat illam, non destruat, destrueret autem, si necessitatem ei ullam imponeret. Libertas ad voluntatis essentiam pertinet; ubi quippe necessitas est, ibi nulla libertas, & ex consequenti nullum meritum. Liberum vero Arbitrium dicitur

Op. 19.

c. 1.

c. 2.

c. 5.

Sæcul. XII. dicitur liberum propter voluntatem, &
 A.C. 1128. Arbitrium propter rationem.

- Ceterum triplex datur Libertas, &
- c. 3. prima dicitur libertas Naturæ, quam accepimus in Creatione, & per quam liberamur a necessitate, secunda est libertas Gratiæ, qua donamur in Regeneratione, & per quam liberamur a peccato, & tertia, Libertas Gloriæ, quæ nobis reservatur in Cælo, & per quam a miseria liberabimur. Prima libertas æque Deo universæque tam bonæ quam malæ rationali convenit Creaturæ; sed hæc prima in nobis quodammodo captiva tenetur, quamdiu illam duplex alia libertas non comitatur. A Libero arbitrio habemus, quod velimus, sed a Gratia accipimus, quod Bonum velimus. Gratia facit, ut cognoscamus Verum, & velimus Bonum.
 - c. 6.
 - n. 19.

- Homo in Statu innocentia peccare poterat, non ideo ut peccaret, sed ut abstinendo a peccato gloriam mereretur.
- c. 7.
 - 8.
- Post lapsum non potest non peccare, sed liberum arbitrium non periit, cujus effectus proprius est velle, non vero posse se ipsum aut a peccato, aut a miseria liberare. (*) Liberum arbitrium potuit se

(*) *Post Lapsum non potest non peccare &c.*
 Istud

se solo cadere, & non resurgere. Per solum Iesum Christum duplex alterum Libertatis genus recuperare valemus; nemo proinde putet ideo dictum liberum arbitrium, quod æqua inter Bonum & Malum potestate & facilitate versetur, quia immobilitas vel in uno vel in altero liberum arbitrium non destruit. Deus neutiquam ideo minus liber est, quod malus esse non possit, quoniam id non infirma facit necessitas, sed firma in Bono voluntas. Sed nec Diabolus libero arbitrio caret, quamvis Bonum velle non possit, quoniam id in eo non facit alterius violenta oppressio, sed ipsius in malo obstinata voluntas.

Gratia Libertati non nocet, quamvis enim Deus nos trahat, nemo tamen invitus salvatur, sed facit ut Bonum velimus. Idem dicendum de Concupiscentia, quæ nos malum facere non cogit,

Istud S. Bernardus proponit per modum objectionis, & interrogando; nam ipsius verba sunt Cap. VIII *Quid ergo? perit liberum arbitrium, quoniam non potest non peccare? Nequaquam, sed liberum perdidit consilium, per quod prius habuit posse non peccare.* Quamvis non ita diserte neget, hominem post lapsum non posse non peccare, nempe a peccato non nisi valde difficulter sibi cavere.

Hist. Eccles. Tom. XVI. S s

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

C. IO.

C. II.

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

c. 12.
S. Bernardi
Scripta.

c. 14.

n. 48.

Gaufr. IV.
vitæ n. 10.

git, cum liberum semper non consen-
tiendi arbitrium remaneat. Homo li-
bertate gaudet in vehementissimis ten-
tationibus, qualis illa fuit, cui S. Petrus
succubuit. Amabat Jesum Christum, sed
magis amabat vitam suam. Peccavit
ergo, quia vitam corporis saluti animæ
suæ prætulit, sed non sine propria vo-
luntatis consensu peccavit. Itaque qua-
cunque vis externa nobis inferatur, ideo
peccamus, quia peccare volumus. Hoc
totum liberi Arbitrii opus, hoc solum
ejus est meritum, quod Gratiæ consen-
tiat; sed & ipse consensus a Deo est, qui
in nobis Bonum cogitare, velle, & per-
ficere operatur, & primum profecto sine
nobis, secundum nobiscum, tertium per
nos facit. Ceterum S. Bernardus profi-
tetur, quod in hoc Tractatu Doctrinæ S.
Pauli unice inhæserit.

Haud multo exinde tempore, cum
S. Bernardum prope Parisios iter facien-
tem Stephanus Episcopus, ceterique for-
te præsentibus, per nuncios instantissime
rogarent, ut urbem intraret, id impetra-
re non potuerunt. Nam maxima cura
hominum frequentiam devitabat, nisi
eum gravissimi momenti causa urgeret.
Sed ecce, quamvis pridie sub noctem
per aliam viam pergere statuisset, altera
tamen

tamen luce Episcopo indicari jabet: *Ibi-Sæcul. XII.*
mus Parisios, quo ut veniremus rogastis. A.C. 1128.

In urbe Bernardus Scholas ingressus, con-
 fluente ingenti Clericorum multitudine,
 Orationem habuit de morum conver-
 sione; cujus necessitatem ostendit, diffi-
 cultatem multiplicem non dissimulat, &
 remedia indicat. In hoc Sermone præ-
 sumit, plerosque Clericorum in statu
 peccati versari, & in duo præcipue vi-
 tia, Ambitionem & Incontinentiam in-
 vehitur, in Ambitionem nempe, qua
 multi Munera & Dignitates Ecclesiasti-
 cas non vocati & necessariis donis desti-
 tuti quærent, qui nec innocentiam
 conservassent, nec pœnitentia suscepta
 sibi Deum reconciliassent, & Incontinen-
 tiam, qua illi ad horrenda flagitia perpe-
 tranda impellerentur, qui ad servandam
 in Calibatu castitatem temere sese ob-
 stringerent.

Hujus Sermonis fructus fuit conver-
 sio trium Clericorum, qui studiis profa-
 nis valedicentes, & veram amplexi sa-
 pientiam, relicto mundo, Sanctum Ber-
 nardum secuti sunt. Ubi ex his tribus
 primus S. Bernardi genibus advolutus
 est, Vir Sanctus monacho proxime sibi
 adstanti in aurem dixit: *Hunc hominem*
præterita nocte vidi, eo habitu, quo modo

S s 2

eum

Opusc. 3.

c. 19.

c. 20.

Sæcul. XII. *eum conspicio, nam propter ejus Salutem*
 A.C. 1128. *Dominus nos huc deduxit.* Ille vero ex
 toto corde conversus, aliquot post annis,
 Claravalle Sanctam mortem oppetiit.

§. LXI.

Conversio Abbatis Sugerii.

ep. 78. Cum sub idem tempus, quo ejus Me-
 tropolita, Sugerius Abbas S. Diony-
 sii ad meliorem vitam conversus fuisset,
 felicissimam mutationem ei gratulatus
 est S. Bernardus, data prolixa epistola,
 in qua Sancta quadam libertate depin-
 git, quam ingens scandalum hujus Abba-
 tis vita prorsus sæcularis, vestitus sum-
 ptuosissimus, & comitatus magno prin-
 cipe dignus, in Ecclesia peperissent.
Sup. §. 21. Eundem vero laudat summopere, quod
 Monasterium suum, in languorem spiri-
 tualem lapsum, qua de re Abaelardus
 tempore Adami, cui successerat Suge-
 rius, conquestus fuerat, reformasset.
Domus Dionysiana, inquit S. Bernardus,
simul Palatii causis discutiendis, & diver-
santibus Regum exercitibus servire sole-
bat. Claustrum stipabatur militibus,
jurgiis personabat, patebat interdum &
feminis. Nunc vero Sacris lectionibus
vacatur, jure servatur silentium. Jam
nullus Sæcularibus in domum Dei patet
aditus,

aditus, nulla jam cum otiosis confabulatione permiscetur, solitus puerorum aut puellarum strepitus non auditur, nemo nisi ad persolvendas Deo Laudes & vota Sacra implenda intrat. In fine S. Bernardus fulsissime scandalum commemorat, quod adhucdum Stephanus de Garlanda, Sugerii amicus Fidelibus dabat, qui Ordine Diaconorum initiatus, munere Archidiaconi ornatus, Decanus, & in pluribus Ecclesiis Præpositus, nihilominus Regis Ludovici Dapifer erat, & exercitus in hostes ducebat, militis nomen omnibus Ecclesiasticis Dignitatibus anteponebat. Quippe illa tempestate Dapifer primum in Regia locum tenebat, & ceteris militiae Ducibus omnibus major habebatur. Ceterum Sugerius Abbas a constanti emendationis proposito nunquam amplius dimotus maxima cura Monasterium suum reformavit, quod hodieque tam ex ejus Scriptis quam ex ædificiis Ecclesiæ ab ipso conditis dispicitur.

§. LXII.

*Argentelium Monasterio S. Dionysii
junctum.*

Sugerius in antiquis suæ Abbatiæ tabulis traditum invenerat, Monasterium *De adminif.*
Argenteliense Regum ex prima Stirpe *c. 3. tom. 4.*
tem- *Duch. p. 333.*

Sæcul. XII.
A.C. 1128.

temporibus fuisse conditum, in exordio S. Dionysii Monasterio donatum, illud Carolum Magnum obtinuisse pro filia sua Theodrada, quam, cum se Deo consecrasset, ibidem Abbatissam constitueret, ea addita conditione, ut si ipsa e vita migrasset, istud monasterium sub potestate Abbatis ad S. Dionysium rediret. At bella civilia inter filios Ludovici Pii exorta obstiterunt, ne constituta executioni dari possent, & interim Argentelium fuit monasterium puellarum, paucarum numero, dissolute, non sine Fidelium scandalo, viventium. Id Sugerius exposuit in Concilio Parisiis, præfente Ludovico Rege, celebrato, cui præerat Matthæus Cardinalis Episcopus Albanensis, Rainaldus Archiepiscopus Remensis, Stephanus Episcopus Parisiensis, Geofridus Episcopus Carnotensis, Gosselinus Sueffionensis, & complures alii interfuerunt. In eo de Reformatione plurium aliorum monasteriorum atque Abbatia feminarum Argenteliensium actum est.

* Argento-
lium.

Itaque Sugerius Abbas Tabulas produxit, ex quibus demonstrabatur, Argentelium * Monasterio S. Dionysii esse subiectum, quibus auditis Sacrae Sedis Legatus, Concilio approbante, præcepit, ut puellis Argenteliensibus, sua lascivia scan-

scandalum dantibus, in feminarum monasteria, ubi Regula strictissime servaretur, detrufis, illuc monachos ex sua Abbatia delectos mitteret. Hoc Decretum confirmavit Episcopus Parisiensis, tum Honorius Papa, & tandem Rex Ludovicus, qui omni jure suo, quod forte in illam Abbatiam ipsi competeret, cessit, datis literis Remis anno millesimo centesimo vigesimo nono, in Comitibus Solemnibus, in Festo Paschæ ad consecrandum juvenem Regem Philippum filium suum primogenitum celebratis. Exinde Monasterium Argenteliense Prioratus, Abbatia S. Dionysii subiectus, semper fuit. (*)

Sæcul. XII.
A.C. 1129.

§. LXIII.

Historia Abaelardi.

Monialium Argenteliensium Abbatissa tunc erat celebratissima illa Heloïsa, quam cum ceteris ejectam ejus amicus Abaelardus ad quoddam Oratorium, nuper a se in Diœcesi Trecensi fundatum, & *Paracletum* dictum, transtulit.

Abael. p. 34.
Sup. §. 21.

S s 4

Ipse

(*) Hic sine dubio est ille Prioratus, quo in Commendam a Rege Franciæ Ludovico XV. accepto, Illustrissimus Fleurus, Auctor noster, Abbatiam *Loci Dei* generoso animo resignavit.

Sæcul. XII.

A. C. 1129.

p. 26.

Sup. lib.

XLVII. §.

50.

Ipse postquam in Concilio Sueffionensi damnatus, & ad Abbatiam S. Dionysii redire iussus fuisset, cum illis monachis rixas movit, propter historiam S. Dionysii, ab Hilduino compositam. Quare Adamus Abbas Abaelardo minabatur, se eum ad Regem missurum esse, a quo puniretur, quod Regno Francorum famæ detraheret, cujus Sanctum Tutelarem alium esse, ac Dionysium Areopagitam, crederet. Abaelardus noctu aufugiens Provinum venit sub tutelam Theobaldi, Campaniæ Comitis, & inde in desertum prope Novogentum ad Sequanam in Diocesi Trecenti se recepit, ubi, Episcopo Hattone consentiente, oratorio in honorem S. Trinitatis ex arundinibus & culmis constructo, aliquamdiu more Clericorum versatus est.

p. 28.

Quod ubi ad notitiam Discipulorum ejus pervenit, undique ad Magistrum confluerunt, & tuguriis circa ipsius casam conditis, omnia ei vitæ subsidia præbuerunt, cumque Oratorium nimis angustum videretur, majus ex lapidibus & lignis extruxerunt. Tunc ergo Abaelardus hoc ædificium appellavit suum *Paracletum*, quod solatium in hoc loco invenisset. Quibusdam vero non probabatur hæc nuncupatio, quod dicerent,

nul-

p. 30.

nullam Ecclesiam Sacram fieri debere so- Sæcul. XII.
 li Spiritui Sancto, sicut nec soli Patri, sed A.C. 1129.
 servato antiquo more, vel soli Filio, vel
 toti Trinitati. Contra Abaelardus affir-
 mabat, quod vox *Paracletus* singulis Per-
 sonis Divinis congrueret. *Tunc autem,*
ait, veteres inimici mei contra me inci-
tarunt novos duos Apostolos, quorum al-
ter se labefactum Canonorum, alter Mo-
nachorum, Institutum ab interitu vindi-
casse jactabat. (hic Abaelardo de SS. Nor-
 berto & Bernardo sermo est) *Ambo au-*
tem, inquit ulterius, orbem terrarum
perambulantes, & in me impudenter de-
clamantes, me ad tempus quibusdam sum-
mis viris tum Ecclesiasticis tum Sæcula-
ribus vilem effecerunt, rumoresque tam
atroces de fide & moribus meis sparserunt,
ut amicorum meorum præcipuos a me
avulserint, & reliquos ad dissimulandum
affectum in me suum coegerint. Testis est
mibi Deus! quamprimum inaudiebam
Conventum quemcunque virorum Eccle-
siasticorum celebrari, illico timebam ne
ad me damnandum convenissent, jamque
sævum fulmen in hoc caput ruiturum ex-
pectabam. Sæpe desperatione animum
meum vehementius occupante statuebam,
Regiones Christianorum fugere, & ad In-
fideles transire, ut apud illos, solvens tri-
butum solitum, majore quiete fruerer; eos-
S s 5
que

Sæcul. XII. *que eo certius mihi propitios habere spera-*
A.C. 1129. *bam, quod scirent, me malum inter Chri-*
stianos Christianum audire, ideoque faci-
lius ad amplectendum Sectam suam pertu-
bi posse crederent.

Dum in his angustiis est Abaelardus, Abbas eligitur ad S. Gildam in Britannia Diœcesis Venetorum*; quam Dignitatem recepit, ut a persecutione, quam in Francia metuebat, tutum se præstaret. Sed expertus est ibi Regionem barbaram, cujus lingua ipsi ignota, populi autem inhumani & in omnem licentiam effusi erant. Monachi S. Gildæ moribus vivebant ceteris nihilo melioribus, homines monitoribus asperi, & vitiis immersi. Quam ob rem aliquis in illa vicinia Dynasta prædia omnia prope monasterium sita occupaverat, & dissolutos monachos plus quam Judæos tributarios exactionibus premebat. Hinc illi monachi, cum communes redditus non amplius possiderent, singuli ut poterant se ipsos & concubinas & filios suos sustentabant, & nihilominus electum Abbatem suum urgebant ad census communes ipsis comparandos, eo consilio, ut ille, si id nequiret, vel eorum lasciviam dissimulare, vel discedere cogeretur. Itaque Abaelardum brevi suscepti muneris

neris tœdium subiit, intelligentem, pe-
 jorem sibi in Britannia quam in Francia
 sortem successisse. Quin etiam credi-
 dit, Deo vindice id venisse, quod *Para-*
clatum novam Ecclesiam suam deseruif-
 set, & arrepta occasione lætissimus He-
 loissam, Argentelio pulsam, illuc introdu-
 xit.

Sæcul. XII. 3
 A.C. 1129.

p. 47.

Eam non nullæ moniales ex priore
 monasterio illuc euntem secutæ sunt,
 ibique initio magna rerum inopia labo-
 rarunt; sed procedente tempore Heloi-
 sa, ob ingenii elegantiam, mansuetudi-
 nem & patientiam animi omnibus cara,
 beneficia Præfulum, & Optimatum illius
 regionis sibi suisque conciliavit, atque
 sic *Paracletus* Abbatia feminarum spe-
 ctatissima, ut hodieque existit, effecta
 est. Cum Abaelardus sæpe ad eas di-
 verteret, sinistrae famæ occasionem præ-
 buit, quippe adhucdum Heloissam affe-
 ctu magis humano quam Spirituali dili-
 gere accusabatur. Ipsa multo magis
 amore, quem sensus suggerunt, in vete-
 rem amicum accendebatur, quod ex epi-
 stolis ab illo tempore scriptis cognosci-
 mus; plus enim teneri affectus quam
 muliebris modestiæ inest, & maxima cu-
 ra fuisse ingenium & eruditionem osten-
 tandi deprehenditur. Denique in illis
 liberrime fatetur, se neutiquam, devo-
 tione

Sæcul. XII. tione in Sacra ductam, sed Abaelardi vo-
 A.C. 1129. luntate permotam, Monacham induisse.

§. LXIV.

Henricus se Episcopatu Virdunensi abdicat.

Hist. Episc. Vird. to. 12. Spicil. pag. 307. **H**enricus Episcopus Virdunensis hanc Sedem adierat, sedente Papa Paschali II. Mathilde Regina, Regis Angliæ filia, Henrici V. Coniuge, faulrice adiutus; nam Præsul hic ex Gente Anglorum antea Archidiaconus Ecclesiæ Vintoniensis fuerat. Vix dum suscepto Episcopatu maximas sensit aduersitates, quamvis enim in Concilio Remensi anno millesimo centesimo decimo nono, a Callisto II. Papa fuisset confirmatus, non aliter tamen quam armis adhibitis, & societate cum Rainaldo ejusdem urbis Comite, omnibus inuiso, inita, Virdunum intrare licuit. Pace deinde reducta, Henricus Episcopus non sine Dignitatis suæ dedecore voluptatibus animum dedit, qua re denuo populi Clericorumque suorum animos sibi infestos reddidit. Ergo Clerici, nunciis Romam ad Callistum Papam missis, Episcopum incontinentiæ & Simonix accusarunt, & quod præterea Ecclesiæ Bona dilapidaret; nam aliquot agros Rainaldo Comiti in mercedem

dem præstiti sibi auxilii tradiderat. Lau Sæcul. XII.
rentius quoque S. Vitoni Abbas non nul- A.C. 1129.
la prædia Monasterio suo ablata repe-
tebat.

Henricus, a Callisto Papa vocatus, ad
Judicium non venit. Sed cum Clerici
Virdunenses & Abbas S. Vitoni quere-
las ad Honorium II. Papam iterum de-
tulissent, ab eodem Pontifice bis Romam
citatus, tandem illo se contulit; sed quia
Cardinalium animos, data ingenti pecu-
niæ vi, sibi devinxerat, causa finiri non
potuit, eamque Papa in ipsa provincia a
Cardinale Matthæo, suo in Francia Le-
gato, discutiendam remisit. Itaque Car- *Alberic. Chr.*
dinalis in hunc finem Concilium Cata- *an 1129. Do-*
launi in Festo Purificationis Dominae No- *dechm. cod.*
stræ, anno millesimo centesimo vigesimo
nono, celebravit, cui Archiepiscopus Re-
mensis, & complures alii Episcopi, Abba-
tes, inter quos S. Bernardus eminebat,
aliique viri sapientia & pietate conspicui
interfuere. Episcopus Virdunensis quo-
que, & ipsius Accusatores aderant. Cum-
que ipse in re ardua S. Bernardum con-
sulisset, ille memorem esse monuit, quam
molesta & invidiosa res esset, homines
regere velle, qui eum Rectorem respue-
rent. Suasitque ut potius Episcopatu se
abdicaret, quam periculum subiret, ne
coram tantorum virorum frequentia pro-
brose

Sæcul. XII. A.C. 1129. brose accusaretur. Henrico acquiescente, S. Bernardus pro ipso elocutus, publice dixit, Henricum, cum Clerici populusque de eo multa quererentur, præsertim illi ipsi, quos ipse ad Ecclesiasticas Dignitates præ ceteris promovisset, invitis præesse nolle, & libentissime concessurum, ut omnis scandali occasio tolleretur. Ita Henricus Episcopatu renuncians Pedum pastorale, anno decimo tertio, ex quo illud de manu Imperatoris acceperat, reddidit. Ut tamen solatio non careret, præcipui Præsules in Concilio præsentis, auctore Laurentio Abbate, decem marcas argenti contulerunt, quibus ejus debita apud cives illius urbis contracta, solverentur, & data pignora redimerentur. Illico per electionem Henrico subrogatus est Ursio, Abbas S. Dionysii Remis, qui Ecclesiam Virdu-nensem annos duos rexit.

